Cissampel.	508	Pareira	459

SYNGENESIA

Ruscus	509	aculeatus	468
	510	Hypogloss.	469

Classis XXIII.

P O L Y G A M I A

MONOECIA

Ophioxyl.	511	serpentinum	474
Andropog.	512	Schoenanthus	31.
	513	Nardus	32.
Veratrum	514	album	471
Parietaria	515	officinalis	472
Atriplex	516	hortensis	473
Mimosa	517	nilotica	261.
	518	Senegal	
Guilandina	217	Moringa	202

DIOECIA

Fraxinus	519	excelsior	475
	520	Ornus	476
Panax	521	quinquefol.	116

TRIOECIA

Ceratonja	522	Siliqua	455
Ficus	523	Carica	478
	561	Agallochum	524

Classis XXIV.

C R Y P T O G A M I A

FILICES

Cycas	524	circinalis	502
Equisetum	525	arvense	479
Asplenium	526	Scolopendr.	481
	527	Ceterach	482
	528	Trichoman.	483
	529	Ruta muraria	484
Polypod.	530	vulgare	485
	531	Filix mas	486
Adiantum	532	Capill. vener.	480

MUSCI

Lycopod.	533	clavatum	488
	534	Selago	487
Polytrich.	535	commune	489

ALGÆ

Lichen	536	faxatilis	494
	537	islandicus	493
	538	pulmonarius	490
	539	aphthosus	492
	540	caninus	491
	541	cocciferus	496
	542	plicatus	495

FUNGI

Boletus	543	Pini Laricis	497
Periza	544	Auricula	498
Lycoperd.	545	Tuber	500
	546	Bovista	499

AP.

MATERIÆ MEDICÆ.

APPENDIX

RESINA

PALMÆ

Phoenix	547	daçtylifera	501
Areca	548	Catechu	503

* * *

FRUCTUS

Myristica	549		509
Myrobal.	550		505. 6. 8.
Chebula	551		507.
Cubeba	552		526
Sabadilla	553		
Faba febr.	554		

Peruifera	555	514
Ammon.	556	516
Caranna	557	517
Myrrha	558	519
Bdellium	559	520
Sagapen.	560	521

MISCELLANÆ

Aspalath.	562	524
Fernamb.	563	525

REGNUM LAPIDEUM.

Classis I.

PETRÆ

HUMOSÆ

Schistus	1	Nigrica
----------	---	---------

CALCARIÆ

Marmor	2	rude
Gypsum	3	ufuale
	4	Alabaſtrum
Stirium	5	gypſeum

ARGILLACEÆ

Talcum	6	Rubrica
	7	Smeſtis
	8	Nephriticus
Amiantus	9	plumofus
Mica	10	talcofa

ARENATÆ

Silex	11	cretaceus
	12	Carneolus

Classis II.

MINERÆ

SALIA

Nitrum	13	nativum
	14	Cryſtallus mont.
	15	Fluor
	α	Hyacinthus
	β	Amethyſtus
Natrum	16	fontanum
	17	glaciale
Borax	18	Tincal
	19	Gemma nobilis
	α	Topazius
	β	Smaragdus
	20	Granatus
Muria	21	marina
	22	fontana
	23	montana
Alumen	24	commune
	25	romanum

Alu.

CONSPECTUS MATERIÆ MEDICÆ.

Alumen	26	Gemma pretiosa	Argentum	58	nativum
		α Rubinus	Aurum	59	nativum
		β Sapphirus			

Vitriolum	27	martis
	28	cyprum
	29	album
	30	plumbi

SULPHURA

Ambra	31	ambrosiaca
	32	vulgatior

Succinum	33	electricum
Bitumen	34	Petroleum
	35	Mumia
	36	Asphaltum

Pyrites	37	nativus
	38	Ferri
	39	Auripigmentum

Arsenicum	40	nudum
	41	Sandaraca

METALLA

Hydrargyr.	42	virgineum
	43	Cinnabaris

Molybdæn.	44	Plumbago
-----------	----	----------

Stibium	45	striatum
---------	----	----------

Zincum	46	mineralifatum
	47	Calaminaris

Vismutum	48	nativum
----------	----	---------

Stannum	49	crystallinum
---------	----	--------------

Plumbum	50	nativum
---------	----	---------

Ferrum	51	selectum
	52	Smiris

	53	Hæmatites
--	----	-----------

	54	Magnes
--	----	--------

Cuprum	55	nativum
--------	----	---------

	56	Lazuli
--	----	--------

	57	Armenus
--	----	---------

Classis III.

F O S S I L I A

PETRIFICATA

Helminth.	60	Judaicus
	61	Belemnites

CONCRETA

Calculus	62	Bezoar
	63	fellis
	64	Margarita
Tartarus	65	vini
Aetites	66	aquilinus
Pumex	67	vulcani
Tophus	68	Osteocolla

TERRÆ

Ochra	69	Ferri
	70	Aeris
Argilla	71	Lemnia
	72	tripolitana
	73	Bolus
	α	alba
	β	flava
	γ	rubra

Calx	74	Umbra
------	----	-------

	75	Creta
--	----	-------

	76	Gur
--	----	-----

Humus	77	damaſcena
-------	----	-----------

* * *

APPENDIX

Ammoniac	78	ſal
----------	----	-----

REGNUM

REGNUM
ANIMALE.

DEPOSIT
GEORGE TOWN
HARVARD
MUSEUM OF NATURAL HISTORY

1000000
1000000
1000000
1000000



CLASSIS I.

MAMMALIA.

PRIMATES.

I. HOMO *Japiens Syst. Nat.* 12. p. 28.

LOCVS: per totum terrarum orbem, at
MVMIA in Aegypto.

PHARM: HOMINIS 1. Cranium: *raspatum*, *prae-*
paratum, Θ .

2. Ossa.

3. Axungia (*), Sal Sanguinis, Vrinae, Ω .

COMP. PVLV. de Gutteta, Arthetic.; *Specific. ce-*
phal.; Mumia.


QUAL: 1, 2 insipida, inodora, terreo-gelatinosa. 3. pin-
guis. *Superstitiosa, exoleta.*

VIS: 1, 2 absorbens. 3. emolliens.

USUS: 1. Epilepsia?

A 2

BRV.



(*) Circa AXUNGIAS observamus, quod liquidiores sunt pen-
trantiores; quod recentes emolliendo, parum vero rancidae
resolvendo agant. Omnes axungiae vim habent emolliendi,
leniendi, praesertim vero Anatis, Anseris, Canis, Caponis, Ca-
storis, Gallinae, Hominis, Porci. Attenuandi et resolvendi vis
adscribitur axungiae Cati sylvestris, Lupi, Serpentum, Taxi,
Viperarum, Vrsi, Vulpis. Calefaciendi, detergendi et septica
vis adsignatur axungiae Lucii piscis.

BRVTA.

2. ELEPHAS *maximus*. S. N. 48.ELEPHAS. *Raj. quadr.* 123.

LOCUS: India, Zeylona.

*Fera.*PHARM. EBVR (Dens) 1. crudum, *raspatum*, *prae-*
paratum, 2. ustum (Spodium).COMP. PULV. arthetic.; Haly abb.; Epil. marchion.;
pannon. rub.; specific. cephal.; Confect. hya-
cinth. Smaragd.; *Cerat.* Santalin.; Spec. Córd.
temper.; de hyacinth.; diarrhod. alb.; diatr:
Santal.QUAL: 1. infipida, inodora, terteo-gelatinosa. *Usitata.*

VIS: 1. absorbens. 2. adstringens.

USUS:

3. TRICHECUS *Manatus* dentibus lanariis inclusis.
S. N. 49.MANATI f. vacca marina. *Raj. quadr.* 193.

LOCUS: mare americanum, asiaticum.

Fera.

PHARM: MANATI lapis (os petrosum).

COMP.

QUAL: eboris.

VIS: antispasmodica?

USUS: Calculus.

FERAE.

FERAE.

4. CANIS *familiaris* cauda (sinistrorsum) recurvata.
S. N. 56.

CANIS focius et fidelis. *Gesner. quadr. 91.*

LOCVS: *Cicur.*

PHARM: CANIS 1. Axungia 2. (Stercus) Album
graecum.

COMP: *Vnguent. nervin.*

QUAL: 1. pinguis. *Frequens, praestans.*

VIS: 1. emolliens, expectorans, 2. septica, maturans.

USUS: 1. Tussis, Phthisis. 2. Febr. intermittens, Colica?
Dysenteria?

5. CANIS *Lupus* cauda incurvata. S. N. 58.

LVPVS. *Aldr. quadr. 144.*

LOCVS: Europa, maxime borealis. *Mansuetus.*

PHARM: LVPI 1. Dens, 2. Hepar. 3. Axungia.

COMP.

QUAL: 1. dura, 3. pinguis. *Superflua.*

VIS: 3. emolliens.

USUS: 1. Dentitio. 2. Hydrops? 3. Atrophia?

6. CANIS *Vulpes* cauda recta: apice albo. S. N. 59.

VVLVES. *Gesner. quadr. 55.*

LOCVS: Europa. *Mansuetus.*

PHARM: VVLPI 1. Pulmones *praeparati.* 2. Axungia.

COMP. *Loboc* de pulmone vulpis. *ungu. nervin.*
oleum coct. vulpin.

QUAL: 2. pinguis. *Usitata.*

VIS: 1. Becchica? 2. emolliens.

USUS: 1. Phthisis? Contractura.

7. **FELIS** *Catus* cauda elongata fusco annulata, corpore fasciis nigricantibus: dorsalibus longitudinalibus tribus; lateralibus spiralibus. *S. N.* 62.

FELIS vulgo *Catus*. *Gesner. quadr.* 98.

LOCVS: Europa australior.

Cicur.

PHARM. **CATI SYLVESTRIS** Axungia.

COMP *Unguent.* nervin.

QVAL: pinguis.

Superflua.

VIS: emolliens.

USUS: Rheumatismus, Variolæ, Panaritium.

8. **VIVERRA** *Zibetha* cauda annulata, dorso cinereo nigroque undatim striato. *S. N.* 65.

ANIMAL ZIBETHICVM. *Hern. mex.* 538. t. 580.

LOCVS: India utraque.

Fera.

PHARM: **ZIBETHVM.**

COMP. *Pulv. dentifric.* *Balsam.* apoplect.

QVAL: Folliculus magnus inter anum et genitalia, pilosus: materia sebacea, oleosa, ambrosiaca.

Heroica, frequens.

VIS: diaphoretica, exanthematica, nervina, soporifera, aphrodisiaca, anodyna.

USUS: Apoximeron, Variolæ, Morbilli, Scabies, Colica.

9. **VRSVS** *Arctos* cauda abrupta. *S. N.* 69.

VRSVS: *Gesner. quadr.* 14.

LOCVS: Europa borealis.

Manfuetus.

PHARM: **VRSI** 1. *Fel inspissatum*, 2. Axungia.

COMP. *Unguent.* Martiat.

QVAL: 1. Amara, 2. pinguis.

Præstans, usitata.

VIS: 1. Stomachica, 2. Cosmetica, sophisticans, emolliens.

USUS: 1. Anorexia, Epilepsia.

MAMMALIA. GLIRES.

io. VRSVS *Meles* cauda concolore, corpore supra cinereo subtus nigro: fascia longitudinali per oculos auresque nigra. S. N. 70.

TAXVS, *Aldr. digit.* 264.

LOCVS: Svecia et Europæ variæ regiones.
Mansueta.

PHARM. TAXI Axungia.

COMP.

QVAL: pinguis.

Superflua.

VIS: emolliens.

USUS.

GLIRES.

II. LEPVS *timidus* cauda abbreviata, auriculis apice nigris. S. N. 77.

LEPVS, *Gesner. quadr.* 69.

LOCVS: Europa.

Mansuetus.

PHARM. LEPORIS Tali.

COMP. *Pulv.* pleuriticus.

QVAL. os primum metatarsi in Suffragine posteriori.

Superflua.

VIS: abforbens, pellens?

USUS: Colica? Pleuritis? Epilepsia? Dyftocia?

12. CASTOR *Fiber* cauda ovata plana. S. N. 78.

FIBER f. Castor. *Schonev. Ichth.* 34.

LOCUS: Lapponia, Sibiria, Canada. *Manfuetus.*

PHARM: CASTOREUM 1. optimum, *siccatum*, *Pulvis*, *Extractum*, *Tinctura*, 2. Axungia (follicularis).

COMP. *Balsam.* vitae; *Elect.* Bacc. laur.; Mithrid. Philon.; Androm.; *Elix.* uterin.; *Empl.* hyfter.; *Laud.* opiat; *ol.* coct. Castor.; *Pil.* de gum.; *Unguent.* pot. rubr.

QUAL: 1. Materia foetida, pinguis, in folliculo proprio juxta anum. 2. pinguis. *Heroica.*

VIS: 1. Carminativa, antispasmodica, errhina, nervina, anodyna, emmenagoga. 2. emolliens.

USUS: 1. Hyfteria! Colica! Vertigo, Epilepsia, Apoplexia, Lethargus.

13. MUS *Musculus* cauda elongata subnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutilo. S. N. 83.

MVS domesticus vulgaris f. minor. *Raj. quadr.* 218.

LOCUS: ubique per Europam. *Manfuetus.*

PHARM. MUS 1. *combustus* 2. (Stercus) nigrum.

COMP.

QUAL. foetida.

VIS: 2. purgans.

USUS: 1. Stillicidium? 2. Vermes.

PECORA.

14. MOSCHUS *Moschiferus* folliculo umbilicali. S. N. 91.

ANIMAL moschiferum. *Raj. quadr.* 127.

LOCUS: China, Tataria.

Fera.

PHARM. MOSCHUS orientalis, Essentia.

COMP. *Pulv.* dentifric.; pro epithem. cord.; de guttet. *Elix.* vitae, *Balsam.* apoplect.; *Conf.* al-kerm. c. m.; hyacinth.; *Ess.* ambr. ver.; *Spec.* aromat. rosat.; cordial. temper.; de hyacinth.; imperator.; diamosch. dulc. diarrh. abbat. Troch. catech. c. m. de Gallia Mosch. *Mass.* ad fornac.

QUAL. Folliculus subumbilicalis, excretorius, substantia pingui unctuosa, fusca, subacri, ambrosiaca. *Heroica.*

VIS: nervina, cordialis, exanthematica, refocillans, aphrodisiaca.

USUS: Palpitatio, Debilitas, Cephalalgia, Colica, Hysteria! Rabies!

15. CERVUS *Alces* cornibus acaulibus palmatis, cāruncula gutturali. S. N. 92.

ALCES, *Gesner. quadr.* 39.

LOCUS: Svecia borealis, Russia, Canada. *Mansuetus.*

PHARM. ALCIS 1. Cornu *crudum, raspatum, præparatum.* 2. ungula, *præparata.*

COMP. *Spec.* cephal.; *Pulv.* epilept. marchion.; de Gutteta.

QUAL. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa.

VIS: 1. absorbens, demulcens. 2. absorbens.

USUS: 2. Epilepsia?

16. CERVUS *Elaphus* cornibus ramosis totis tere-
tibus recurvatis. S. N. 93.

CERVUS, Cerva, Hinnulus. *Gesner. quadr.* 79.

LOCUS: Europa. *Manfuetus.*

PHARM. CERVI 1. Cornu *tenellum*, *crudum*, *ras-*
patum, 2. præparatum, 3. *Ustum* Θ , Ω ,
 $\circ\circ$, *Gelatina*, 4. Os de corde, 5. Priapus,
6. Sanguis, 7. Medulla, 8. Sevum.

COMP. *Liqu.* C. C. Succinat; *Specif.* cephal; *Pulv.*
bezoard. Senn. Cachect. dysenter. pueror.
Conf. hyacinth. *Spec.* cord. temperat. de hya-
cinth, diarrh. abbat. diamercurii Myns. pro pti-
fan. alexipharm. *Troch.* de carab. *Decoct.* alb.
Syd. *Aqua* C. C. citr. Waldsch. ∇ de typhis.

QUALIT. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. 7. pin-
guis, oleosa. *Usitata.*

VIS: 1. absorbens, demulcens. 2. 3. 4. absorbens 3. sub-
adstringens, anthelminthica? Ω antispasmodica,
fudorifera, *Gel.* nutriens. 4. Cordialis? antepile-
ptica? alexipharmaca? obstipans, aphrodisiaca? 7.
emolliens, lenitiva.

USUS: 1. 2. 3. Diarrhœa, Dysenteria, 4. Vermes? 5.
Diarrhœa. 6. Dysenteria? Dysuria, 7. Scorbutus.
Excoriatio.

17. CERVUS *Tarandus* cornibus ramosis recurvatis te-
retibus: summitatibus palmatis. S. N. 93.

RANGIFER. *Gesner. quadr.* 130.

LOCUS: Lapponia.

Cicur.

PHARM. RANGIFERI cornu raspatum.

COMP.

QUALIT. Cervi.

Superflua.

VIS. Cervi, sed inferior.

USUS: Cervi.

18. CAPRA *Hircus* cornibus carinatis arcuatis, gula barbata. *S. N.* 94.

CAPER. *Aldr. quadr. bisulc.* 619.

LOCUS: ardua Orientis.

Cicur.

PHARM. HIRCI 1. Sanguis. 2. Sevum. HAEDI 3. Sevum.

QUALIT.

Usitata.

VIS: 1. Sudorifera, resolyens.

USUS: 1. Pleuritis, Contusio. 2. 3. Tussis.

19. OVIS *Aries* cornibus compressis lunatis. *S. N.* 97.

OVIS. *Gesner. quadr.* 138.

LOCUS: Africæ sicca aprica.

Cicur.

PHARM. OVIS 1. Stercus, 2. Oesypus.

COMP.

Ravior.

QUALIT. 1. foetida.

VIS:

USUS: Icterus, ambusta. 2. Luxatio, Contusio.

20. BOS *Taurus* cornibus teretibus extrorsum curvatis, palearibus laxis. *S. N.* 98.

BOS. *Gesner. quadr.* 25.

LOCUS: Borussia, Polonia.

Cicur.

PHARM. BOVIS 1. Medulla 2. (Stercoris) *Aqua Flor. omnium.*

TAURI 3. Priapus, 4. Fel inspissatum.

VITULI 5. Medulla.

(*Lactis*) Butyrum, Caseus, Serum.

COMP. *Vngu.* de Arthanita, ad Vermes.

QUALIT. 1. 5. pinguis, oleosa, 4. amara. *Frequens.*

VIS 1. 5. emolliens, lenitiva. 2. refrigerans. 3. obstipans. 4. stomachica.

USUS. 1. Scorbutus 2. Rheumatismus, Febres. 3. Diarrhoea, Dysenteria. 4. Tinnitus, Anorexia, Vermes.

BEL.

BELLVAE.

21. EQUUS *Caballus* cauda undique fetosa. S. N. 100.

EQUUS, Caballus, Equus. *Gesner. quadr. 132.*

LOCUS: Europa, parce sponte, ubique *Cicur.*

PHARM. EQUI Testiculi.

COMP.

QUALIT.

Superflua, superstitiosa.

VIS: emmenagoga?

USUS: Colica? Menfes? Dyftocia? Pleuritis.

22. HIPPOPOTAMUS *Amphibius* pedibus quadrilobis S. N. 101.

LOCUS: Nilus.

PHARM. HIPPOPOTAMI Dens.

COMP.

QUALIT. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. *superflua.*

VIS: absorbens, adstringens, mechanica, antispasmodica?

USUS: Profluvia Sanguinis, Epilepsia? Pleuritis?

23. SUS *scrofa* dorso antice fetoso, cauda pilosa. S. N. p. 102.

α APER *Gesner. quadr. 146. Aldr. bisulc. 1013.*

β SUS. *Gesner. quadr. 872. Aldr. bisulc. 937.*

LOCUS: α in Oelandia et Europa australi; β ubique. *Cicur.*

PHARM. α APRI Dens integer, *preparatus*, 2. Axungia. β PORCI 3. Stercus, 4. Axungia.

COMP. *Pulv.* pleuritic.

QUALIT. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. 2. 4. pinguis. 3. foetida. *Ufitata.*

VIS: 1. absorbens, 2. emolliens.

USUS: 1. Pleuritis? 3. Profluvia sanguinis!

CE TE.

CETE.

24. MONODON *Monoceros. Artd. gen. 78. Syn.*
118. *S. N. 105.*

BALAENA Narhwal *Schonev. ichth. 28.*

LOCUS: Mare Atlanticum.

Fera.

PHARM. UNICORNU 1. crudum, *raspatum, præparatum.*

COMP. *Spec. cephal. Pulv. epil. marchion.*

QUALIT. 1. insipida, inodora, terreo-gelatinosa. *Rarior.*

VIS: 1. absorbens, demulcens.

USUS: 1. mechanicus.

- 25 BALAENA *Mysticetus* naribus flexuosis in medio capite, dorso impinni. *S. N. 105.*

BALAENA vulgo dicta *Gesner. aquat. 114.*

LOCUS: Mare Atlanticum, Grœnlandia.

Fera.

PHARM. CETI Priapus.

COMP.

QUALIT.

Superflua.

VIS: aphrodisiaca? adstringens.

USUS: Profluvia.

26. PHYSETER *Macrocephalus* dorso impinni, fistula in cervice. *S. N. 107.*

CETE. *Clus. exot. l. 6. c. 17.*

LOCUS: Mare Grœnlandicum.

Fera.

PHARM. CETI sperma.

COMP. *Pulv. contra casum, Empl. de spermat. ceti, Ungu. potab. rubr.*

QUALIT. pinguis, ficca, squamosa, alba, mollis, e ventriculis cerebri.

Præstans.

VIS. emolliens, lenitiva, thoracica, resolvens, cosmetica.

USUS: Tussis, Diarrhoea, Dysenteria.

CLAS.



CLASSIS II.

A • V E S.

PICÆ.

27. CORVUS *Pica* albo nigroque varius, cauda cuneiformi. S. N. 157.

PICA caudata varia, S. caudata *Will. ornith.* 87. t. 19.

LOCUS: Suecia ubique ad pagos. *Manfuetus.*

PHARM. PICÆ.

COMP. *Aqua Picarum composita.*

QUALIT.

Superflua.

VIS:

USUS.

ANSERES.

28. ANAS *Anser* rostro semicylindraco, corpore supra cinereo, subtus pallidiore, collo striato. S. N. 197.

ANSER domesticus. *Gesner. av.* 141.

LOCUS: Suecia borealis, nunc ubique *Cicur.*

PHARM. ANSERIS 1. Stercus. 2. Axungia.

COMP. *Ungu. resumptiv.*

QUAL. 2. pinguis. *Usitata.*

VIS: 2. emolliens.

USUS: 1. Icterus.

29. ANAS

29. ANAS *Boschas* rectricibus intermediis (maris) recurvatis, rostro recto. S. N. 205.

BOSCHAS maior. *Alb. ornith.* 2. p. 89. t. 100.

LOCUS: ubique in lacubus et stagnis, hodie *Cicur.*

PHARM. ANATIS Axungia.

COMP. *Ungu.* pectorale, resumptiv.

QUAL. Anseris.

Superflua.

VIS: Anseris.

USUS:.

GRALLAE.

30. STRUTHIO *Camelus* pedibus didactylis S. N. 265.

STRUTHIO *Camelus.* *Will. ornith.* 100.

LOCUS: Arabiae deserta.

Fera.

PHARM. STRUTHIONIS ovorum testæ.

COMP.

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

Superflua.

VIS: absorbens.

USUS: Calculus?

GALLINAE.

31. PAVO *cristatus* capite crista compressa, calcaribus solitariis. S. N. 267.

PAVO *Gesner. av.* 656.

LOCUS: Zeylona et India orientalis.

Cicur.

PHARM. PAVONIS Stercus.

COMP.

QUAL. alba.

Præstans.

VIS: nervina.

USUS: Vertigo! Epilepsia?

32. PHA-

32. PHASIANUS *Gallus* caruncula compressa verticis
geminæque gulæ, auribus nudis, cauda com-
pressa adscendente. *S. N.* 270.

GALLUS gallinaceus et Gallina domestica *Will.*
orn. 109. *t.* 26.

LOCUS: Pulicandor Indiæ.

Cicur.

PHARM. GALLINAE 1. ovorum testæ *preparatæ*,
calcinata. 2. vitella.  3. Axungia.

CAPONIS 4. Axungia.

COMP. *Ungu.* alb. ceruss. Martiat: pectoral. resumtiv.
lithontripticum Dnæ Stephens.

QUAL. 1. insipida, inodora, calcaria. 3. 4. pinguis. 1. 2.
præstans, 3. 4. *superflua.*

VIS: 1. absorbens, *calcinat.* absorbens: adstringens, diure-
tica. 2. demulcens, nutriens, 3. 4. emolliens.

USUS: 1. *calcinat.* Calculus, 2. Dyfenteria, Tussis, Raucedo.

33. TETRAO *Perdix* pedibus nudis calcaratis, macu-
la nuda coccinea sub oculis, cauda ferruginea,
pectore brunneo. *S. N.* 276.

PERDIX cinerea. *Fonst. av.* 68. *t.* 27. *f.* 1.

LOCUS: Europæ nostræ culta.

Mansuetus.

PHARM. PERDICIS Plumæ.

COMP.

QUAL. *fumi* foetida.

Superflua.

VIS:

USUS: *fumi* Epilepsia, Hysteria.

PASSERES.

34. COLUMBA *anas* cærulefcens, cervice viridi ninte, dorfo poftico albo, fascia alarum apiceque caudæ nigricante. *S. N.* 279.

COLUMBA domestica f. vulgaris. *Will. orn.* 130.

LOCUS: Sylvæ Europæ, Asiæ, Americæ Septentrionalis, ubique
Cicur.

PHARM. COLUMBÆ Stercus.

COMP.

QUAL.

Superflua.

VIS: dubia.

USUS:

35. HIRUNDO *urbica* rectricibus immaculatis, dorfo nigro-cærulefcente, tota subtus alba. *S. N.* 344.

HIRUNDO sylvestris, *Gesner. av.* 564.

LOCUS: ubique ad pagos per totam Europam.

Mansueta.

PHARM. HIRUNDO.

COMP. *Aqua hirundinum.*

QUAL.

Superflua.

VIS: dubia.

USUS:



CLASSIS III.

AMPHIBIA.

REPTILIA.

36. RANA *temporaria* dorso planiusculo subangulato. *S. N.* 257.

RANA aquatica s. innoxia. *Gesner. ovip.* 46.

LOCUS: Europæ paludes ubique. *Mansueta.*

PHARM. RANARVM sperma *exsiccatum*, ▽, ⊙.

COMP. *Empl.* de Sperma. ranar. de ranis cum mercurio, Cataplasma.

QUAL. *Usitata.*

VIS: *rec.* refrigerans, repellens, ▽ cosmetica, refrigerans.

USUS: *sperma rec.* Inflammatio, Erysipelas, Ambusta.

37. RANA *Bufo* corpore ventricoso verrucoso lurido fuscoque. *S. N.* 354.

BUFO. *Rond. aquat.* 2. p. 221.

LOCUS: Europæ umbrosa. *Mansueta.*

PHARM. BUFONES *exsiccati*.

COMP.

QUAL. *Rarior.*

VIS.

USUS: Panaritium, Hæmorrhagia? Congestiones ad caput?

38. LACERTA *Scincus* cauda tereti mediocri apice compressa, digitis muticis marginatis. *S. N.* 365.

STINCUS. *Rond. pisc.* 2. p. 231.

LOCUS: Ægyptus. *Fera.*

PHARM. STINCI MARINI.

COMP. *Elect.* diaphyr. Mithridat.

QUAL. *Usitata.*

VIS: aphrodisiaca? diuretica?

USUS: Apoximeron?

SER-

SERPENTES.

39. COLUBER *Vipera* scutis abdominalibus CXVIII.
squamis subcaudalibus XXII. S. N. 375.

VIPERA. *Gesner. serp.* 124.

LOCUS: Aegyptus.

Mansuetus.

PHARM. VIPERAE 1. *exsiccata*, Pulvis, Trochisci,

Θ, 2. ossa. 3. Axungia.

COMP. *Theb.* Androm. Ungu. de Tutia D. Sloane.

QUAL.

Usitata.

VIS: 1. Alexipharmaca, diuretica, restaurans, 2. absorbens.

USUS: 1. Siphilis, Lepra, Scabies ferina, Ulcus malignum,
Venena? 3. Ophthalmia.

40. COLUBER *Natrix* scutis abdominalibus CLXX,
squamis subcaudalibus LX. S. N. 380.

NATRIX torquata. *Raj. quadr.* 334.

LOCUS: Europæ Sterquilinia.

Mansuetus.

PHAM. SERPENTUM 1. Spina dorsi, 2. Exuviae,
3. Axungia.

COMP.

QUAL.

3. *Frequens.*

VIS: 1. absorbens, 2. diuretica?

USUS: 1. 2. Dyctocia? Hydrops? Vñlus?

NANTES.

41. ACIPENSER *Huso* cirris IV. squamis dorsalibus
XIII. caudalibus XLIII. S. N. 404.

HUSO Germanorum. *Will. ichth.* 243.

LOCUS: Fluvii maximi imperii Ruthenici. *Mansuetus.*

PHARM. COLLA PISCIIUM.

COMP. Coctum gluten ex pinnis, intestinis, corio
ad pelliculam, malaxatum, refrigeratum, in pel-
liculas diductum.

VIS: glutinans, incrassans.

USUS: Dysenteria.



CLASSIS IV.

PISCES.

THORACICI.

42. PERCA *fluviatilis* pinnis dorsalibus distinctis: secunda radiis sedecim. *S. N.* 481.

PERCA *fluviatilis*. *Salv. pisc.* 226. f. 224.

LOCUS: Lacus et fluvii ubique. *Mansuetus.*

PHARM. PERCARUM Lapides *præparati*.

COMP. *Specific.* cephal. *Pulv.* pleuritic.

QUAL.

Superflua.

VIS: absorbens.

USUS. Pleuritis? Colica?

ABDOMINALES.

43. ESOX *Lucius* rostro depresso subæquali. *S. N.* 516.

LUCIUS. *Salv. pisc.* 2. p. 188.

LOCUS. Lacus et fluvii ubique. *Mansuetus.*

PHARM. LUCII 1. Mandibulæ *præparata*, 2. Axungia.

COMP. *Pulv.* dysenter. pleurit.

QUAL.

VIS. 1. absorbens.

USUS. 1. Pleuritis? 2. Vulnus.

44. CYPRINUS *Carpio* pinna ani radiis IX. cirris IV. pinnae dorsalis radio secundo postice ferrato. *S. N.* 525.

CYPRINUS. *Rond. pisc.* 2. p. 150.

LOCUS. Scaniae piscinae et Europa australior. *Cicur.*

PHAR. CARPIONIS Lapides.

COMP.

QUAL.

Superflua.

VIS: absorbens.

USUS: Epilepsia? Pleuritis? Colica? Calculus?

CLAS-

CLASSIS V.

I N S E C T A.

COLEOPTERA.

45. LUCANUS *Cervus* scutellatus, maxillis exsertis
apicē bifurcatis latere unidentatis. *S. N.* 559.

TAURUS volans. *Olear. mus.* 27. t. 16. f. 5.

LOCUS: Europæ querceta. *Manfuetus.*

PHARM. SCARABAEI cornu.

COMP.-

QUAL.

Superflitiosa.

VIS. abforbens.

USUS. Dyftocia?

46. MELOE *vesicatorius* alatus viridissimus nitens,
antennis nigris. *S. N.* 679.

CANTHARIS vulgaris officinarum. *Raj. inf.* 276.

LOCUS: Europæ Liguſtrum, Fraxinus. *Manfucta.*

PHARM. CANTHARIDUM Pulvis. *Eſſentia.*

COMP. *Empl.* vesicatorium.

QUAL.

Heroica.

VIS: *inter.* diuretica! aphrodiſiaca, *exter.* corroſiva, ex-
ulcerans, excitans, revellens.

USUS: *inter.* Iſchuria, Hydrophobia, Hydrops, Gonorrhœa
maligna. *Exter.* Febr. exanth. maligna, Pleuritis,

• Morbi ſoporofi, Delirium, Ophthalmia, Paralyſis,
Aſthma, Ulcera cacoëthica.

HEMIPTERA.

47. COCCUS *Ilicis* Quercus cocciferæ. S. N. 740.KERMES. *Reaum. inf.* 4. t. 5.LOCUS: QUERCUS coccifera. *Sp. pl.* 1413. Europæ australis. *Fera.*PHARM. CHERMES Grana, *Succus inspissatus*, *Tinctura.*COMP. *Conf.* Alkermes, de hyacinth. Smaragd. *Tinctur.* Bezoard. ex herbis, *Spec.* de hyacinth.QUAL. *Præstans.*

VIS: subadstringens, roborans, analeptica, aphrodisiaca.

USUS: molimina abortus.

48. COCCUS *Cacti* Cacti coccinelliferi. S. N. 742.SCARABAEUS nigricans, alarum alis rubicundis limbis. *Mer. Surin.* 2.?SCARABAEUS hemisphæricus coccinellifer. *Pet. gaz. l. t. i f. 5.*LOCUS Cactus *coccinellifer* in America. *Fera.*

PHARM. COCCIONELLAE (Pupæ).

COMP. Tinctura sacra Edinb.

QUAL. rubro-tinctoria. *Præstans.*

VIS: diuretica, leniter stimulans.

USUS: Hydrops, Ischuria, Febr. malig.

LEPI-

LEPIDOPTERA.

49. PHALAENA *Mori* elinguis, alis reversis pallidis: strigis tribus obsoletis fuscis maculaque lunari.

S. N. 817.

BOMBYX. *Ræf. inf.* 3. t. 7. 8. *Admiral. inf.* t. 9.

LOCVS: China, nunc in hortis curiosorum. *Cicur.*

PHARM. SERICUM crudum, *tostum.*

COMP. *Spec. cord.* temperat. de hyacinth. diamosch. dulc.

QUAL.

Superflua.

VIS: antepileptica? adstringens?

USUS: Epilepsia? Hæmorrhagia?

HYMENOPTERA.

50. CYNIPS *Rosæ* nigra, abdomine ferrugineo postice nigro, pedibus ferrugineis. S. N. 917.

Reaum. inf. 3. t. 46. 47.

LOCUS: Sueciæ nostræ Rosa sylvestris. *Manfueta.*

PHARM. FUNGI ROSARUM.

COMP.

QUAL.

Superstitiosa.

VIS: Soporifera? Stiptica.

USUS. Hæmorrhagia.

51. CYNIPS *Quercus folii* nigra, thorace lineato, pedibus griseis, femoribus subtus nigris. S. N. 918.

Ræf. inf. 3. t. 52. 53. f. 10. 11.

Frisch. inf. 2. t. 3. f. 5.

LOCUS. Turciæ Quercus sempervirens. *Manfueta.*

PHARM. GALLAE Turcicæ.

COMP.

B +

QUAL.

QUAL.

Frequens, præstans.

VIS: Stiptica, adstringens, inspissans, corroborans.

USUS: Hæmorrhagia.

52. *APIS mellifica* pubescens, thorace subgriseo, abdomine fusco, tibiis posticis ciliatis: intus, transverse striatis. *S. N.* 955.

APIS. *Mer. europ.* 2. p. 19. t. 1.

LOCUS: Polonia, nunc ubique.

*Cicur.*PHARM. MEL 1. *commune, virgineum, despumatum, ♀.*CERA 2. *citrina, alba.* ♂♂.

PROPOLIS 3.

COMP. *Mel* Anthos.; Mercuriale, Rosar.; Violar.; Oxy. Simpl. Scillit. Alliat. *Cera* rubra; viridis, nigra, sigillatoria, arborea, ad barbam.

QUAL. 1. dulcis, 1. 2. *Eximia.*

VIS: 1. edulcorans, abstergens, diuretica, maturans, expectorans, 2. 3. digerens, emolliens, maturans.

USUS:

53. *FORMICA rufa* thorace compresso toto ferrugineo, capite abdomineque nigris. *S. N.* 962.

FORMICA media rubra, *Raj. inf.* 69.

LOCUS: ubique in Sylvis.

*Manfueta.*PHARM: FORMICARUM $\ominus$, $\odot$, $\curvearrowright$.

COMP.

QUAL. acida essentialis, volatilis.

Præstans.

VIS: excitans.

USUS: Paralyfis!

APTERA.

54. ARANEA *domestica* abdomine ovato fusco: maculis nigris quinque subcontiguïs: anterioribus majoribus. S. N. 1031.

ARANEUS subflavus hirsutus, prælongis pedibus, domesticus. *List. aran.* 59. n. 17.

LOCUS: In fenestris ubique.

Manfueta.

PHARM. ARANEAE Tela,

COMP.

QUAL.

Rarior.

VIS:

USUS: Vulnus,

55. SCORPIO *europæus* pectinibus 18-dentatis, manibus angulatis. S. N. 1038.

SCORPIO. *Aldrov. inf.* 577. *Raj. inf.* 9.

LOCUS: Muri Italiæ, Africæ.

Fera.

PHARM. SCORPIONES AFRICANI *exsiccati*, ☉.

COMP. *Oleum inf. magnum.*

QUAL.

Rarior.

VIS:

USUS: Punctura,

56. CANCER *Pagurus* brachyurus, thorace utrinque obtuse novem-plicato, manibus apice atris. S. N. 1044.

CANCER marinus. *Jonston. exsang. t. 5. f. 2.*

LOCUS: Oceanus.

Manfuetus.

PHARM. CANCRORUM chelæ, *præparatæ*. (*)

COMP. *Pulv. bezoard. anglican.*

B 5

QUAL:



(*) Absorbentia e regno animali desumpta haud inepte ad duas reduci possunt classes: ad priorem pertinent illa, quæ quidem absorbent, sed simul vi portionis gelatinosæ demulcent. Numerantur huc animalium Ossa, Cornua, Dentes. Ad posterio-

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

VIS: abforbens.

USUS: Hypochondriasis.

57. CANCER *Astacus* macrourus, thorace lævi, rostro lateribus dentato: basi utrinque dente unico. S. N. 1051.

ASTACUS fluviatilis. *Rond. pisc. 2. p. 210.*

LOCUS: Lacus et fluvii seigniores totius Europæ.

Manfuetus.

PHARM: CANCRORUM oculi (Lapides) *Solutio.*

COMP. *Pulv.* pleuritic. stomachal.

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

Usitatissima.

VIS: abforbens.

USUS: Soda, Hypochondriasis.

58. ONISCUS *Acellus* ovalis, cauda obtusa: stylis simplicibus. S. N. 1061.

ASELLUS asininus s. vulgaris. *Raj. inf. 41.*

LOCUS: muri antiqui et parietes.

Manfuetus.

PHARM. MILLEPEDES *preparati.*

COMP. *Pil.* Scillit. Edimb.

QUAL.

Usitata.

VIS: Diuretica, incidens.

USUS: Icterus, Asthma, Dysuria, Nephritis.

CLAS-



rem referuntur, quæ gelatina demulcente destituta, vt Testæ ovorum, Cancrorum chelæ et oculi, Testæ cochleæ, Dentalium, Conchæ etc. quo etiam spectant animantium partes iam dictæ dum varia arte et præparatione gelatinosa parte sunt orbata. Parum iuvant abforbentia hæc, nisi vel acido quodam regni vegetabilis prius sint imprægnata, vel offendant acidum in primis viis, tum enim non solum illud abforbent destruuntque, sed etiam temperantem, blande resolventem, diaphnoicam et diureticam exserere possunt virtutem.



CLASSIS VI.

VERMES.

INTESTINA.

59. LUMBRICUS *terrestris* triarariam retrorsum aculeatus. S. N. 1076.

LUMBRICUS terrestris maior. *Raj. inf. 1.*

LOCUS: Terra abdita spongiosa ubique. *Mansuetus.*

PHARM. LUMBRICI *exsiccati, preparati, Pulvis,*
⊖, ♀, ⊙.

COMP. *Empl. de ran. c. mercur; Ungu. nervin.*

QUAL. *Usitata.*

VIS: antispasmodica, temperans, diuretica.

USUS: Morbi spasmodici, Arthritis scorbutica.

60. HIRUDO *medicinalis* depressa nigricans, supra lineis flavis sex: intermediis nigro arcuatis, subtus cinerea nigro maculata. S. N. 1079.

HIRUDO maxime in anglia vulgaris. *Raj. inf. 3.*

LOCUS: Aquæ stagnantes pigre. *Frequens, Mansueta.*

PHARM. HIRUDO viva.

COMP.

QUAL. *Usitata.*

VIS: Topica.

USUS: Hæmorrhoids.

MOLLUSCA.

61. *SEPIA officinalis* corpore ecaudato marginato, tentaculis duobus. *S. N.* 1095.

SEPIA. Bellon. aquat. 336.

LOCUS: Oceanus.

Fera.

PHARM. *SEPIAE* os.

COMP. *Pulv.* dentifric.

QUAL.

Frequens.

VIS: absorbens, adstringens.

USUS: Gonorrhœa, Fluor albus, Febr. intermittens.

62. *OSTREA edulis* testa inæquivalvi semiorbiculata membranis imbricatis undulatis: valvula altera plana integerrima. *S. N.* 1148.

OSTREA. Gesner. aqu. 2. p. 33.

LOCUS: Oceanus.

Mansueta.

PHARM. *CONCHAE, citrate.*

COMP.

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

Frequens.

VIS: absorbens.

USUS:

63. *MYTILUS margaritiferus* testa compresso-plana suborbiculata basi transversa, imbricata tunicis dentatis. *S. N.* 1155.

MATRIX perlarum. *Rumph. mus.* 47. f. F.

LOCUS: Oceanus utriusque Indiæ.

Fera.

PHARM. *PERLARUM* mater, *cruda, preparata.*

COMP. *Empl.* Stictic. *Ungu.* nihili oculorum.

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

Usitata.

VIS: absorbens.

USUS:

64. HE-

64. **HELIX** *Pomatia* testa umbilicata subovata obtusa
decolore, apertura subrotundo-lunata. *S. N.* 1244.
COCHLEA *Pomatia* edulis Gesneri. *List. exercit.*
anat. 1. p. 162. t. 1.
LOCUS: in Europa australiori frequens, in hortis
Sueciæ culta. *Cicur.*
PHARM. **COCHLEAE** Testæ, opercula.
COMP.
QUAL. insipida, inodora, calcaria. *Usitata.*
VIS. absorbens.
USUS:

65. **DENTALIUM** *Entalis* testa tereti subarcuata
continua lævi. *S. N.* 1263.
DENTALE læve album altera extremitate rufescens.
List. hist. 4. f. 2. n. 2.
LOCUS: Oceanus circa Sueciam. *Fera.*
PHARM. **DENTALIUM** Testæ.
COMP.
QUAL. insipida, inodora, calcaria. *Rarior.*
VIS: absorbens.
USUS:

LITHOPHYTA.

66. **MADREPORA** *oculata* caulescens tubulosa glabra
flexuosa oblique substriata, ramis alternis stellis
immersis bifariis. *S. N.* 1281.
CORALLIUM album oculatum officinarum. *Baubin.*
hist. 3. p. 573.
LOCUS: Mare Tyrrhenum. *Fera.*
PHARM. **CORALLIA** alba, *preparata.*
COMP. *Pulv.* Cachect. pannon. rub. *Empl.* Stict.
Spec. cord. temperat. diamargarit. frigid.
QUAL. insipida, inodora, calcaria. *Usitata.*
VIS: absorbens, subadstringens.
USUS:

ZOOPHYTA.

67. *ISIS nobilis* stirpe corallina aequali continua, striis obsoletis obliquis, ramis vagis. *S. N.* 1283.

CORALLIUM rubrum. *Baubin. pin.* 366.

LOCUS: Mare mediterraneum. *Fera.*

PHARM. CORALLIA rubra, *præparata, Tinctura.*

COMP. *Specific.* cephal. *Pulv.* bezoard. *Sennert.* dentifric. epil. marchion. de gutteta; pannon. rub. *Conf.* hyacinth. Smaragd. *Empl.* Stict. *Spec.* cord. temperat. de hyacinth. diamargarit. frigid. diamosch. dulc. *Troch.* de carabe.

QUAL. insipida, inodora, calcaria.

Usitata.

VIS: absorbens, subadstringens.

USUS: Profluvia, Fluor albus.

68. CORALLINA *officinalis* subbipinnata, articulis subturbinatis. *S. N.* 1304.

MUSCUS coralloides, squamis loricatus. *Baubin. pin.* 364.

LOCUS: Mare Atlanticum, Norvegicum. *Mansueta.*

PHARM. CORALLINA.

COMP. *Pulv.* ad vermes; *Spec.* diamercur. *Mynf.*


QUAL: insipida, inodora, calcaria. *Frequens.*

VIS: absorbens, subadstringens, anthelmintica.

USUS: Vermes.

REGNUM

VEGETABILE.





CLASSIS I.

MONANDRIA

MONOGYNIA.

1. AMOMUM *Zingiber* scapo nudo, spica ovata. *Hort. cliff.* 3. *Fl. zeyl.* 3. *Hort. upf.* 1. *Sp. pl.* 1.

Inschi. Rheed. mal. 11. p. 21. t. 12. *Rumph. amb.* 5. p. 156. t. 66. f. 1.

LOCUS: India orientalis; nunc Iamaica.

Perennis, fera.

PHARM: ZINGIBERIS COMMUNIS Radix 3j
condita cum vel sine Brodio.

ALBI Radix 3j, *optima,*
condita cum vel sine Brodio.

QUALITAS: fervida, acris, aromatica, subfragrans.

Culinaris.

VIS: calefaciens, (*recens eccoprotica*), stomachica, stimulans.

USUS: Colica lochialis, Diarrhœa, Hysteria, Tussis stomachalis.

COMPOSITA: Andromach. Mithridat. Diascord. Benedict. Hamech. Diasatyrium. Alhandal. *troch.* Agaric.

2. AMOMUM *Cardamomum* scapo simplicissimo brevissimo, bracteis alternis laxis. *Fl. zeyl.* 4. *Sp. pl.* 2.

Electari 2. *Rheed. mal.* 11. p. 9. t. 6. *Rumph. amb.* 5. p. 152. t. 65. f. 1.

LOCUS: Malabaria, Zeylonâ.

Perenn. peregr.

PHARM. CARDAMOMI MINORIS (*fructus*) non
excorticatus, exorticatus, Semina, ∞.

QUALIT: acris, aromatica, fervida, fragrans. *Culinaris.*
 VIS: stimulan, calefaciens, nervina, pellens, emmenagoga,
 aphrodisiaca.
 USUS: Anorexia, Morosis.
 COMPOS: Andromach. Mithridat. Benedict. Diafatty. ▽
 Theriacal:

3. AMOMUM *Gran. paradisi* scapo ramoso brevif-
 simo. *Sp. pl. 2.*

Grana paradisi officin. *Baub. pin. 413. Raj. hist. 1205.*
 Barbara.

LOCVS: Magdagascar, Guinea, Zeylona, in umbrosis
 uliginosis ad radices montium. *Perennis, peregrina.*

PHARM: PARADISI GRANI Semina.

QUALIT: præcedentis 2, sed acerrima. *Rarior.*

VIS: stimulan, calefaciens.

USUS: Paralyfis.

COMP:

4. COSTUS *arabicus. Hort. cliff. 2. Fl. zeyl. 5. Hort.*
upsal. 2. Merian. sur. 36. t. 36. Sp. pl. 2.

Tiana-kua. *Rheed. mal. 11. p. 15. t. 8.*

LOCVS: Malabaria, Zeylona, Brasilia, Surinama.

Perennis, fera.

PHARM: COSTI DULCIS Radix 3ß.

ARABICI Radix 3ß.

QUAL: acris, amaricans, aromatica. calida, fragrans. *Rarior.*
 urinaria urina violacea odora.

VIS: stimulan, calefaciens, diaphoretica, emmenagoga,

USUS:

COMP: Andromach. Mithridat. Philon. Orvietan.

5. MA-

4. Costum Dulcem et Arabicum ex eadem planta desumi plurimi statuunt,
 eamque plantam officinalem cum nostra eandem esse verosimile est.

5. MARANTA *Galanga* culmo simplici. *Sp. pl.* 2.*Galanga. Rumph. amb.* 5. p. 142. t. 63.LOC: India Orientalis, Philippinæ. *Perennis, ferva.*

PHARM: GALANGÆ MAIORIS Radix

*(Ingratior, intus pallida.)*MINORIS Radix *(fortior, intus ruffa.)*QUAL: acris, aromatica, amaricans, pungens *magis Zingibere, fragrans.**Præflans.*

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, emmenagoga, sternutatoria.

USUS: Singultus! Vertigo! Vomitus navigantium, Colica lochialis! Herpes.

COMP. Orvietanum, Aqua vitæ *Matth.* Pulvis nasalis.6. CURCUMA *longa* foliis lanceolatis: nervis laterilibus numerosissimis. *Roy. lugdb.* 12. *Fl. zeyl.* 7. *Sp. pl.* 3.*Manjella-kua. Rheed. mal.* 11. p. 21. t. 11. *Rumph. amb.* 5. t. 67.

LOC: Amboina, Malabaria, Zeylona.

Perennis, peregrina.

PHARM: CURCUMÆ Radix 3j.

QUAL: amara, urinaria, luteo-tinctoria, cibaria *Indis. Rarior.*

VIS: resolvens, pellens, emmenagoga.

USUS: Icterus! Cachexia, Hydrops, Scabies!

COMP:

7. KÆMPFERIA *rotunda* foliis lanceolatis petiolatis. *Fl. zeyl.* 9. *Sp. pl.* 3.*Malan-kua. Rheed. mal.* 11. p. 17. t. 9.LOCUS: Zeylona, Malabaria. *Perennis, peregrina.*PHARM: ZEDOARIÆ LONGÆ Radix, *Essent.*

▽, ∟, ○○, Semina.

C 2

QUAL:

7. *Ex hac planta Zedoariæ rotundæ radix itidem colligi vulgo statuitur. Sed hæc in nostris officinis non prostat.*

QUAL: subacris, aromatica, debile fragans. *Frequens, præflans.*

VIS: stimulan, calefaciens, nervina, stomachica, sudorifera, emmenagoga, anthelminthica.

USUS: Hyfteria, Asthma, Nausea! Vermes!

COMP. Philonium. Acet. Theriacal: ▽. Prophylactica
Aqua vitæ.

8. SALICORNIA *herbacea* patula, articulis apice compressis emarginato-bifidis. *Sp. pl. 5. Baister. subsec. 2. p. 105. t. 50.*

Kali geniculatum majus 1. *Baub. pin. 289.*

LOC: Europa; Svecia *rarius*. *Annua, maritima, mansueta.*

PHARM. ALCALI (SODA) $\ominus$.

QUAL: salsa.

Culinaris, Rarior.

VIS: stimulan, diuretica, emmenagoga. (*sal alcali fixum corrosivum.*)

USUS: Scabies, Abscessus, Scelotyrbe, Hyperfarcosis.

COMP: Sapo venetus, sal Seignette, Fel vitri.

CLAS.

8. Sal alcali e variis plantis maritimis salsisque conficiunt varii; uti ex Melembryanthemo *Ægyptii*; Chenopodio *Hispani*; Salsola *Angli*; Salicornia fruticosa *Itali* &c. quæ eundem fere usum præstant. Nostratibus nulla aptior in hunc usum planta, quam dicta.



CLASSIS II.

DIANDRIA
MONOGYNIA.

9. JASMINUM *officinale* foliis oppositis pinnatis. *Hort. cliff* 5. *Hort upf.* 5. *Sp. pl.* 9.

Jasminum vulgatus flore albo. *Baub. pin.* 397.

LOCUS: India orientalis. *Arbuscula, mansueta.*

PHARM JASMINI (*Florum*) ☉.

QUAL: fragrans.

Externa.

VIS: uterina.

USUS: Dyftocia.

COMP: Pulvis Cyprius, Odoramenta.

10. OLEA *europæa* foliis lanceolatis. *Hort. cliff* 4. *Sp. pl.* 11

Olea sativa. *Baub. pin.* 472.

LOC: Hispania, Gallia, Italia, (cælo temperato).

Arbor mansueta, sterilis.

PHARM: OLIVÆ (*fructus*) conditæ, ☉.

QUAL: ☉ pingue- blandum, insipidum, inodorum; *Condit* auteræ. *Culinaris.*

VIS: ☉ obtundens, emolliens. *Condit.* tonica, stomachica.

USUS: Venena! Colica, Dysenteria, Rheumatismus, Tenesmus, Tussis, Morsus canis rabidi.

COMP:

11. VERONICA *officinalis* spicis lateralibus pedunculatis, foliis oppositis, caule procumbente. *Fl. suec.* 12. *Sp. pl.* 14.

Veronica mas supina & vulgatissima. *Baub. pin.* 252.

LOC: Europæ sylvæ aridæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM. VERONICÆ Herba; *Conserva, Syrupus, Aqua.*

C 3

QUAL:

9. *Hi flores succedanei sunt Nyctanthi, cunque nec Iasmini flores ex hortis nostris sufficiant. ab australiori Europa petuntur: Et ubi hi deficiunt, Philadelphi flores sumantur.*

QUAL: stiptica.

Trita.

VIS: adstringens, vulneraria, tonica.

USUS: Cachexia.

COMP:

12. VERONICA *Beccabunga* racemis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente. *Fl. suec.* 14. *Sp. pl.* 16. Anagallis aquatica major (& minor), folio subrotundo. *Baub. pin.* 252.

LOCUS: Europæ scaturigines. *Perennis, frequens.*PHARM. BECCABUNGÆ Herba, *Conserva, Aqua.*QUAL. subinsipida, inodora, oleracea. *Rarior, superflua.*

VIS: Diuretica? Discutiens?

USUS: Scorbutus.

COMP:

13. GRATIOLA *officinalis* floribus pedunculatis, foliis lanceolatis ferratis. *Sp. pl.* 24.

Gratiola centauroides. *Baub. pin.* 279.LOCUS: Europa australior. *Perennis, palustris, mansueta.*

PHARM: GRATIOLÆ Herba 3j.

QUAL: amara, nauseosa.

Eximia, cauta.

VIS: purgans, vomitoria, emmenagoga, anthelminthica.

USUS: Dysenteria, Hydrocephalus.

COMP: Enemata.

14. VERBENA *officinalis* tetrandra, spicis filiformibus paniculatis, foliis multifido-laciniatis, caule solitario. *Hort. cliff.* 11. *Fl. suec.* 30. *Sp. pl.* 29.

Verbena communis flore cæruleo. *Baub. pin.* 269.

LOC: Europa australior, Scania.

Annua, cicur.

PHARM: VERBENÆ Herba, ▽.

QUAL: subinsipida, inodora,

Dubia, exoleta.

VIS: adstringens, vulneraria.

USUS: Ophthalmia? Magia?

COMP:

15. MONARDA *fistulosa* capitulis terminalibus caule obtusangulo. *Sp. pl.* 32.

Monarda mollis. *Amæn. acad.* 3. p. 399.

LOC. Canada.

Perennis, cicur.

PHARM. MONARDÆ Herba.

QUAL: spirans, amara.

Insueta, eximia.

VIS: resolvens, nervina, tonica.

USUS: Febres intermittentes!

COMP.

16. ROSMARINUS *officinalis*. *Hort. cliff.* 14. *Hort. upf.* 11. *Sp. pl.* 33.

Rosmarinus hortensis angustiore, & spontaneus latiore folio. *Baub. pin.* 217.

LOC: Gallia narbonensis, Hispania, Gallia. *Frutex, manjuet.*

PHARM. ROSMARINI HISPANICI s. HORTENSIS Herba, ∇ , $\circ\circ$, Semina.

ANTHOS Flore., *Conserva*, $\sqcup$ (aqua Reg. Hung.)

QUAL: spirans.

Usitata, Heroica.

VIS: excitans, nervina, tonica, stomachica, resolvens.

USUS: Syncope, Asthma, Hyteria, Apoplexia, Tertiania.

COMP. Mel anthosatum.

17. SALVIA *officinalis* foliis lanceolato-ovatis integris crenulatis, floribus spicatis, calycibus acutis. *Hort. cliff.* 12. *Hort. upf.* 10. *Sp. pl.* 34.

Salvia major. *Baub. pin.* 237.

LOC: Italia, Narbona.

Perennes, olitoria, cicur.

PHARM: SALVIÆ Herba, ∇ , $\sqcup$, $\circ\circ$.

QUAL: spirans, amara.

Frequens, præstans.

VIS: adstringens, tonica, nervina, stomachica, uterina.

USUS: Timor, Languor, Leucorrl. *Benectus.*

COMP. $\frac{1}{2}$ sternutorius viridis.

18. SALVIA *Horminum* foliis obtusis crenatis, bracteis summis sterilibus majoribus coloratis. *Vivid. cliff.* 4. *Sp. pl.* 34.

Horminum sativum. *Baub. pin.* 238.

LOC: Apulia, Græcia.

Perennis, cicur.

PHARM: HORMINI Semina.

QUAL: spirans, amaricans.

VIS: mucilaginosæ.

USUS: Ophthalmia.

COMP:

19. SALVIA *Sclarea* foliis rugosis cordatis oblongis villosis ferratis: bracteis calyce longioribus concavis acuminatis. *Hort. upf.* 10.

Horminum Sclarea dictum. *Baub. pin.* 208.

LOCUS: Syria, Italia. *Biennis, olitoria, mansueta.*

PHARM: SCLAREÆ (GALLITRICHI) Herba.

QUAL: spirans.

Rarior.

VIS: fortior Salvia 17. stimulans, exhilarans, sternutatoria, resolvens.

USUS: Leucorrhœa, Hyſteria, Colica.

COMP:

20. COLLINSONIA *canadensis*. *Hort. cliff.* 14. t. 5. *Sp. pl.* 39.

LOCUS: Virginia, Canada.

Perennis, mansueta.

PHARM: COLLINSONIÆ Radix.

QUAL: nidorosa.

VIS:

USUS: Colica lochialis.

COMP:

TRIGYNIA.

21. PIPER *nigrum* foliis ovatis subseptinerviis glabris, petiolis simplicissimis. *Fl. zeyl.* 26. *Sp. pl.* 40.

Molago-Codi. *Rheed. mal.* 7. p. 23. t. 12.

LOC: India orientalis.

Frutex, peregrinus.

PHARM: PIPERIS NIGRI Fructus, $\odot\odot$, $\odot$.

ALBI Fructus.

QUAL: acris, fervida.

Culinaris.

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, singultuosa, ster-
nutatoria, aphrodisiaca, exanthematica.

USUS: Tertiana, Odontalgia, Procidentia, Pediculi.

COMP: Andromach. Mithridat. Diaphœnic. *El.* bacc. lauri.

22. PIPER *longum* foliis cordatis petiolatis sessilibus-
que. *Fl. zeyl.* 30 *Sp. pl.* 41.

Cattu-Tirpali. *Rheed. mal.* 7. p. 27. t. 14.

LOC: India orientalis.

Frutex, peregrinus.


PHARM: PIPERIS LONGI Fructus.

QUAL. acris, fervida.

VIS: calefaciens, stimulans, stomachica, singultuosa.

USUS: Tertiana, Flatulentia.

COMP:



TRIANDRIA

MONOGYNIA.

23. VALERIANA *officinalis* floribus triandris, foliis omnibus pinnatis. *Fl. suec.* 34. *Sp. pl.* 45.

Valeriana sylvestris major. *Baub. pin.* 164.

LOC: Europæ præterea paludosa. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: VALERIANÆ MINORIS Radix ʒij.

QUAL: hircofo-felina, amara.

VIS: narcotica, antispasmodica, sudorifera, diuretica, purgans.

USUS: Epilepsia, Hysteria, Hæmoptysis.

COMP:

24. VALERIANA *Phu* floribus triandris, foliis caulinis pinnatis, radicalibus indivisis. *Hort. ups.* 13. *Sp. pl.* 45.

Valeriana hortensis. *Baub. pin.* 164.

LOC: Asia.

Perennis, cicur.

PHARM: PHU (VALERIANÆ MAJORIS) Radix, Herba.

QUAL: antecedentis.

Exsoluta.

VIS: antecedentis, vulneraria.

USUS: antecedentis.

COMP. Andromach. Mithridatium.

25. VALERIANA *celtica* floribus triandris, foliis ovato-oblongis obtusis integerrimis. *Sp. pl.* 46.

Nardus Celtica dioscoridis. *Baub. pin.* 165.

LOC: Helvetiæ, Styriæ, Liguriæ, Genuæ Alpes.

Perennis, peregrina.

PHARM: SPICÆ CELTICÆ Radix, Flores.

QUAL: fragrans, acris, aromatica (plantæ fere emarcidæ.)

Rarior.

VIS: diuretica, anthelminthica.

USUS:

COMP. Andromach. Mithridat. *Empl.* Meliloti.

26. TA-

26. TAMARINDUS *indica*. *Rumph. amb. 2. p. 90. t.*23. *Hort. cliff. 18. Sp. pl. 48.*Balam-pulli. *Rheed. mal. 1. p. 39. t. 23.*LOC: India utraque, Ægyptus, Arabia. *Arbor, fera.*PHARM: TAMARINDI Fructus, Pulpa. $\mathfrak{z}$ ij.

QUAL: acidula, subnauseosa.

Eximia,

VIS: eccoprotica, refrigerans.

USUS: Febres phlogisticæ, putridæ.

COMP: *Elect.* cathol. *Elect.* lenitiv: *Conf.* hamech.27. CROCUS *fativus: officinalis* spatha univalvi radicali, corollæ tubo longissimo. *Sp. pl. 50.*Crocus fativus. *Baub. pin. 65.* Crocus alpinus autumnalis. *C. B.*

LOC: Helvetiæ, Pyrenæor. Lusitaniæ, Thraciæ Alpēs.

*Perennis, cicur.*PHARM: CROCI ORIENTALIS (stigma) $\mathfrak{z}$ ijß.BRITANNICI (stigma) pulvis $\mathfrak{z}$ ß.*Tinct.* $\mathfrak{z}$ ijß, *Extractum.* gr. XV.

QUAL: fragrans, subaromatica, lactaria, urinaria, luteo-tinctoria.

Culinaris, heroica.

VIS: anodyna, soporifera, exhilarans, resolvens, uterinæ pellens, emmenagoga, exanthematica.

USUS: Icterus, Dysmenorrhœa, Vomitus, Dysenteria.

COMP. Andromach. Mithridat. Philon. Benedict. Orvietan.

Hiera, Confect. hyacinth; $\frac{1}{2}$ Comitiff. *Troch.* Carabe; Lau-dan; *Elix.* propriet; *Pil.* ammon; *Pil.* ruffi. *Pil.* cyno-glossi; © Scorp. mag. *Ung.* aureum. *Empl.* Oxycroc.*Empl.* melilot. *Empl.* galban. *Empl.* diachyl. compos.28. IRIS *germanica* corollis barbatis, caule foliis longiore multifloro, floribus inferioribus pedunculatis. *Hort. cliff. 13. Hort. upf. 16. Sp. pl. 55.*Iris vulgaris germanica f. sylvestris. *Baub. pin. 30.*

LOC: Germaniæ, Galliæ clivosa.

*Cicur.*PHARM. IREOS NOSTRATIS Radix, *Facula.*

QUAL

QUAL: acris.

Heroica.

VIS: diuretica! hydragoga, emmenagoga, errhina.

USUS: Hydrops! Oedema.

COMP.

29. IRIS *florentina* corollis barbatis, caule follis altiore subbifloro, floribus sessilibus. *Sp. pl.* 55. *Mill. ic.* 154.

Iris alba florentina. *Baub. pin.* 31.

LOC: Italia.

Perennis, mansueta.

PHARM: IREOS FLORENTINÆ Radix.

QUAL: fragrans.

Frequens.

VIS: expectorans; errhina, becchica, eccoprotica.

USUS: Tussis, Hydrops.

COMP: Andromach. *Species* DiaIreos. *Troch.* becchici, ♂
sternutorius. *Ungu.* pomatum.

30. IRIS *Pseudo-Acorus* corollis imberbibus, petalis interioribus stigmatibus minoribus, foliis ensiformibus. *Fl. suec.* 37. *Sp. pl.* 57.

Acorus adulterinus. *Baub. pin.* 34.

LOC: Europæ paludes.

Perennis, vulgarissima.

PHARM: ACORI PALUSTRIS Radix.

QUAL: insipida, substiptica.

Rarior.

VIS: adstringens.

USUS: Scelotyrbe.

COMP. *Elect.* Diacori.

31. IRIS *tuberosa* corollis imberbibus, foliis tetragonis. *Vir. cliff* 6? *Sp. pl.* 58.

Colchicum radice ficcata alba. *Baub. pin.* 69.

LOC: Syria, Arabia.

Perennis, mansueta.

PHARM: HERMODACTYLI Radix ʒij.

QUAL:

31. Hermodactyli planta adhuc dubia est. Hanc IREOS speciem pro Hermodactylo habent Tournefortius & plurimi; alii vero COLCHICUM variegatum. *Sp. pl.* 50.

QUAL: inodora, dulcescens, acris.

Dubia.

VIS: purgans, mundificans.

USUS: Rheumatismus, Amaurosis.

COMP. Benediēt. $\frac{1}{2}$ Artheticus, *Extr.* panchymagog.

32. CYPERUS *longus* culmo triquetro folioso, umbella foliosa supradecomposita, pedunculis nudis, spicis alternis *Roy. lugdb.* 50. *Sp. pl.* 67.

Cyperus odoratus, radice longa f. Cyperus officinarum. *Baub. pin.* 14. *Scheuch. hist.* 378. *Morif. hist.* 3. p. 237. f. 8. t. 12. f. 13.

LOC: Galliæ, Italiæ paludes. *Perennis, mansueta.*

PHARM: CYPERI LONGI Radix.

QUAL: fragrans, calida.

Exoleta.

VIS: diuretica, emmenagoga.

USUS: Ulcera uteri, vesicæ, oris.

COMP.

33. CYPERUS *rotundus* culmo triquetro subnudo, umbella decomposita, spicis alternis linearibus. *Fl. zeyl.* 36. *Sp. pl.* 67.

Cyperus orientalis major. *Baub. pin.* 13. *theatr.* 208.

LOC: Ægyptus, Syria.

Perennis, peregrinus.

PHARM: CYPERI ROTUNDI Radix.

QUAL. fragrans, calida.

Exoleta, superflua.

VIS: antecedentis debilior.

USUS:

COMP: *Troch.* capparidis; *Empl.* meliloti.

DIGT.

33. Cyperus rotundus si idem cum Cypero orientali, radice olivari, spicis longis e spadiceo purpurascetibus. *Scheuch. gram.* 391. *tum vero Synonymos est Cyperus Ceylanicus.*

DIGYNIA.

34. SACCHARUM *officinarum* floribus paniculatis.
Hort. cliff. 26. *Hort. upf.* 19. *Sp. pl.* 79.
 Arundo saccharifera. *Baub. pin.* 18. *Sloan. jam.* 1. p. 108. t. 66. *Rumph. amb.* 5. p. 186. t. 74. f. 1.
 LOC: Indiæ utriusque inundata. *Perennis, fera.*
 PHARM: SACCHARVM *Canariense, candidum, album, rubrum, Farinaceum, album, griseum, Penidium, Perlatum, Rubrum. Syrupus.*
 QUAL: dulcissima, inodora, mitissima. *Culinaris, usitatissima.*
 VIS: edulcorans, relaxans, calefaciens, expectorans, vulneraria.
 USUS:
 COMP. *Omnes Confectiones, Condita, Conservæ, Syrupi.*
35. PHALARIS *canariensis* panicula subovata spiciformi, glumis carinatis. *Hort. upf.* 19. *Sp. pl.* 79.
 Phalaris major, semine albo. *Baub. pin.* 28. *Morif. hist.* 3. p. 186. f. 8. t. 3. f. 1.
 LOC: Canariæ, Hetruria, Hispania. *Annua, cicur.*
 PHARM: CANARIENSE Semen.
 QUAL: farinacea. *Superflua.*
 VIS: nutriens.
 USUS: Aviculis.
 COMP.
36. PANICUM *miliaceum* panicula laxa flaccida, foliorum vaginis pubescentibus. *Hort. cliff.* 27. *Hort. upf.* 20. *Sp. pl.* 86.
 Milium semine luteo & albo. *Baub. pin.* 26. *theatr.* 502.
 LOC: India: *Annuum, cicur.*
 PHARM: MILII Semina.
 QUAL: farinacea, insipida, *Culinaris, superflua.*
 VIS: nutriens, flatulenta.
 USUS:
 COMP:

37. AVENA *fativa* paniculata, calycibus dispermis, feminibus lævibus. *Hort. cliff.* 25. *Hort. upf.* 20. *Sp. pl.* 118.

Avena nigra & alba. *Baub. pin.* 23. *theatr.* 469.

LOC: Asia. *Annua, cerealis, frequentissima.*

PHARM: AVENA excorticata.

QUAL: farinacea, insipida. *usitatissima.*

VIS: refrigerans magis quam Hordeum.

USUS: Febres. 1

COMP:

38. HORDEUM *distichum* flosculis lateralibus masculis muticis; angularibus imbricatis. *Hort. upf.* 23. *Sp. pl.* 125.

Hordeum distichum. *Baub. pin.* 23. *theatr.* 440.

LOC: *Annum, cereale, vulgare.*

PHARM: HORDEUM mundatum, excorticatum, perlatum. *Acetum vulgare, ∩, (destillatum)*

Cerevisia antiqua, gedanensis (Pryßling.)

QUAL: farinacea, insipida. *Culinaris.*

VIS. nutriens, refrigerans. *Aceti* resolvens, refrigerantissima.

USUS: + Inflammatio, *cerevis.* Contusura.

COMP: *Lohoc* hordeatum. *Syrupus acetosus.*

39. TRITICUM *hybernum* calycibus quadrifloris ventricosus lævibus imbricatis submuticis. *Hort. upf.* 21. *Sp. pl.* 126.

Triticum hybernum, aristis carens. *Baub. pin.* 21. *theatr.* 352.

LOC: *annuum, cereale, frequentissimum.*

PHARM: AMYLUM, *Pulvis Cyprius.*

QUAL: farinacea, insipida.

VIS: acescens, mucilaginosus.

USUS: externus.

COMP.

40. TRITICUM *repens* radice repente, foliis viridibus. *Fl. suec.* 114. *Sp. pl.* 128.

Gramen caninum repens vulgatius. *Moris. hist.* 3. p. 118. *f.* 8. *t.* 1. *f.* 8.

LOC: Europæ nostræ ruderata. *Perenne, vulgatissimum.*

PHARM: GRAMINIS Radix, ▽.


QUAL: dulcis, inodora.


usitata.

VIS: nutriens, diuretica, mundificans, anthelminthica.

USUS: Sterilitas, Obstructio viscerum.

COMP. Radices aperientes minores.





CLASSIS IV.

TETRANDRIA
MONOGYNIA.

41. SCABIOSA *Succisa* corollulis quadrifidis æqualibus, caule simplici, ramis approximatis, foliis lanceolato-ovatis integerrimis. *Fl. suec.* 119. *Sp. pl.* 142.

Succisa glabra. *Baub. pin.* 269.

LOC. Europæ prata humidiuscula. *Perennis, vulgariss.*

PHARM. MORSUS DIABOLI Radix, Herba.

QUAL: *rad.* dulcis, subamara, luteo-tinctoria.

Rarior, superflua.

VIS: sequentis.

USUS: Angina.

COMP.

42. SCABIOSA *arvensis* corollulis quadrifidis radiantibus, caule hispido, foliis pinnatifidis: lobis distantibus. *Fl. suec.* 117. *Sp. pl.* 145.

Scabiosa pratensis hirsuta. *Baub. pin.* 259.

164. LINUM *catharticum* foliis oppositis ovato-lanceolatis, caule dichotomo, corollis acutis. *Fl. suec.*

271. *Sp. pl.* 401.

Linum pratense, flosculis exiguis. *Baub. pin.* 214.

LOC: Europæ pascua humidiuscula. *Annua, vulgaris.*

PHARM: LINI CATHARTICI Herba, 3ij.

QUAL: amara, nauseosa.

Rarior, præstans.

VIS: purgans.

USUS: Nephritis, Calculus, Hydrops.

COMP.

165. DROSER *rotundifolia* scapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. suec.* 273. *Sp. pl.* 402.

Ros solis folio rotundo s. oblongo. *Baub. pin.* 357.

LOC: Europæ paludes.

Biennis, vulgaris.

PHARM: RORIS SOLIS Herba.


QUAL: acris, lactaria.

Exoleta, dubia.

VIS. corrodens, suspecta.

USUS: dubius.

COMP.



CLASSIS VI.

HEXANDRIA

MONOGYNIA.

166. ALLIUM *Porrum* caule planifolio umbellifero, staminibus tricuspидatis, radice tunicata. *Hort. upf.* 77. *Sp. pl.* 423.

Porrum commune capitatum. *Baub. pin.* 72.

LOC: *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM: PORRI Semina.

QUAL: acris, orgastica. *Exoleta, culinaris.*

VIS: calefaciens, emmenagoga, diuretica, diaphoretica.

USUS: Calculus.

COMP.

167. ALLIUM *Victorialis* caule planifolio umbellifero, umbella rotundata, staminibus lanceolatis, foliis ellipticis. *Sp. pl.* 424.

Allium montanum latifolium maculatum. *Baub. pin.* 74.

LOC. Alpes Helveticæ. *Perennis, submansueta.*

PHARM. VICTORIALIS LONGÆ Radix.

QUAL: acris, orgastica. *Exoleta, superflua.*

VIS: Allii *Sequentis.*

USUS: superstitiosus, magicus.

COMP: Amuleta.

168. ALLIUM *fativum* caule planifolio bulbifero, bulbo composito, staminibus tricuspидatis. *Hort. upf.* 76. *Sp. pl.* 425.

Allium fativum. *Baub. pin.* 73.

LOC. Sicilia. *Perennis, cicur, oleracea.*

PHARM: ALLII Radix, ▽, †.

QUAL

167. VICTORIALIS LONGÆ defectu substitui potest ALLIUM *ursinum.*

QUAL: acris, subcaustica, orgastica, lactaria, urinaria.

Culinaris, præstans.

VIS: excitans, pellens, maturans, anthelminthica, diuretica, diaphoretica.

USUS: Hysteria, Hydrops, Calculus, Tussis, Clavus.

COMP. *Oxymel* alliatum.

169. ALLIUM *Cepa* scapo nudo inferne ventricoso longiore foliis teretibus. *Hort. ups.* 77. *Sp. pl.* 431.

Cepa vulgaris. *Baub. pin.* 71.

LOC: *Biennis, cicur, oleracea.*

PHARM: CEPÆ Radix.

QUAL: acris, orgastica. *Culinaris, præstans.*

VIS: maturans, diuretica, diaphoretica, flatulenta, aphrodisiaca, anthelminthica.

USUS: Hæmorrhagia, Calculus, Otagia, Bubo, ulla, Cophosis, Varix ani.

COMP.

170. LILIUM *candidum* foliis sparsis, corollis campanulatis intus glabris. *Hort. cliff.* 120. *ups.* 80. *Sp. pl.* 433.

Lilium album, flore erecto, vulgare. *Baub. pin.* 76.

LOC: Syria, Palæstina. *Perennis, cicur.*

PHARM: LILII ALBI Radix; Flores, *Conserva*,
▽, ⊙; Antheræ.

QUAL: *Fl.* fragrans. *Rad.* mucilaginosæ. *Trita, præstans.*

VIS: emolliens? maturans, anodyna, *anth.* emmenagoga.

USUS: Epilepsia, Hydrops.

COMP. *Empl.* mucagin; *Empl.* ranar. mercuriale; Clysters; Cataplasmata.

171. SCIL-

171. *SCILLA maritima* nudiflora, bracteis refractis.

Sp. pl. 442.

Scilla vulgaris, radice rubra. *Baub. pin.* 73.

LOC: Hispaniæ, Siciliæ, Syriæ littora arenosa.

Perennis, submansueta.

PHARM: SQUILLÆ Radix, *Acetum.*

QUAL: acris, amara, orgastica, *cruda* corrosiva.

Trita, heroica.

VIS: incidens, stimulans, pellens, diaphoretica, diuretica, hydragoga.

USUS: Asthma, Tussis, Cachexia, Icterus, Soporos.

COMP. Andromach; *Oxymel* scilliticum.

172. *ASPHODELUS ramosus* caule nudo, foliis ensiformibus carinatis lævibus. *Sp. pl.* 144.

Asphodelus albus ramosus mas. *Baub. pin.* 28.

LOC: Hispaniæ, Lusitaniæ, Narbonæ colles.

Perennis, mansueta.

PHARM: ASPHODELI Radix.

QUAL: ingrata, acris.

Dubia, exoleta, superflua.

VIS: diuretica, emmenagoga, emolliens? maturans.

USUS:

COMP:

173. *ASPARAGUS officinalis* caule herbaceo tereti erecto, foliis setaceis, stipulis paribus. *Fl. suec.*

291. *Sp. pl.* 448.

Asparagus sylvestris, tenuissimo folio. *Baub. pin.* 490.

LOC: Europæ australioris; Scaniæ arenosa.

Perennis, cicur.

PHARM: ASPARAGI Radix, Semina.

QUAL: aquosa, subdulcis, inodora, urinaria foetida.

Culinaris, usitata.

VIS: diluens, humectans, debilitans, diuretica, aphrodisiaca.

USUS: Calculus?

COMP. *Rad. V* aperientes majores; *Syr.* Althææ.

174. CONVALLARIA *majalis* scapo nudo. *Fl. suec.*

292. *Sp. pl.* 451.

Lilium convallium album. *Baub. pin.* 304.

LOC: Europæ, præsertim Sueciæ, prata dura.

Perennis, vulgaris.

PHARM: LILII CONVALLIVM Flores, *Conserve,*

▽, ∩, ∇.

QUAL: fragrans, amara, acris, nauseosa, virofa. *Usitata.*

VIS: narcotica, antispasmodica, errhina.

USUS: Epilepsia, Apoplexia, Coryza, Epiphora.

COMP. *Spir. embryon; Aqu. Hirund.*

175. CONVALLARIA *Polygonatum* foliis alternis amplexicaulibus, caule ancipiti, pedunculis axillaribus subunifloris. *Fl. suec.* 294 *Sp. pl.* 451.

Polygonatum latifolium vulgare. *Baub. pin.* 303.

LOC: Europæ præcipitia montium. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: SIGILLI SALOMONIS Radix.

QUAL. fatua.

Exoleta, dubia.

VIS. cosmetica? vulneraria.

USUS: Sugillatio.

COMP.

176. ALOE *perfoliata* floribus pedunculatis cernuis corymbosis subcylindricis. *Sp. pl.* 457.

α *vera* foliis spinosis confertis dentatis vaginantibus planis maculatis. *Hort. cliff.* 131. *Hort. ups.* 86.

Aloë vulgaris. *Baub. pin.* 380. Kadanaku. *Kbeed. mal.* 11. p. 7. 1. 3.

LOC: Italia, Sicilia.

Perennis, submansueta.

PHARM: ALOES HEPATICÆ ∂ij, lotæ ∂j, *Tinctura, Extractum* ∂ß.

β Aloë americana, ananæ floribus suaverubentibus. *Pluk. alm.* 19. 1. 240. f. 4.

LOC: Barbados.

Perennis, submansueta.

PHARM: ALOE SUCCOTRINA.

γ Aloë

γ Aloë guineensis caballina, vulgari similis, tota maculata. *Comm. præl.* 40.

LOC: Guinea.

Perennis, submansueta.

PHARM: ALOE CABALLINA.

QUAL: amarissima, nauseosa. γ *Rara*; α. β. *trita, heroica.*

VIS: purgans, pellens, balsamica, anthelminthica.

USUS. Obstructiones, Icterus.

COMP. Aloë rosata. Aloë violata. *Elix.* proprietatis c. + vel c. Λ 3j. *Pil.* ammoniacæ, cochix, polychrestæ, capitales, fencofurtenf. ruffi, succin. *Stahlianæ* Gr. XV. fine quibus. *Extrac.* panchymag. *Hiera* picra, *Ungu.* arthanit. *Empl.* sticticum.

177. ACORUS *Calamus. Fl. suec.* 297. *Sp. pl.* 426.

α Acorus verus f. Calamus aromaticus officinarum.

Bauh. pin. 34.

LOC: Europæ paludes.

Perennis, cicur.

PHARM: CALAMI VULGARIS Radix, condita, *Extractum*, ∇, ∩.

β Acorus verus f. Calamus aromaticus radice tenuiore. *Herm. lugdb.* 9.

LOC: India orientalis, Brasilia. *Perennis, peregrina.*

PHARM: ACORI VERI Radix.

QUAL: aromatica, acris, amaricans, fragrans.

Usitata, præstans.

VIS: alexiteria! calefaciens, pellens, stomachica.

USUS: Anorexia, Febres exanthematicæ malignæ! Vertigo.

COMP. Andromach. Mithridat. Orvietan. *Elect.* lauri,

Troch. acori, *Troch.* capparidis.

178. BURSERA *Gummifera. Sp. pl.* 471.

Terebinthus major, betulæ cortice, fructu triangulari. *Sloan. hist.* 2 p. 89. t. 199. *Catesb. car.* 1. p. 30. t. 30.

LOC: Guiana Americes.

Arbor, mansueta.

PHARM: SIMARUBÆ Lignum, Cortex 3j.

QUAL.

QUAL: inodora, insipida.

Præstans, usitata,

VIS:

USUS: Dyfenteria! Diarrhœa.

COMP:

179. BERBERIS *vulgaris* pedunculis racemosis. *Fl. suec.* 311. *Sp. pl.* 471.

Berberis dumetorum *Baub. pin.* 454.

LOC: Europæ sylvæ.

Frutex, cicur.

PHARM. BERBERIDIS Cortex, Baccæ, *conditæ*,
Succus, Syrupus, Rotulæ, Semen.

QUAL: *Baccar.* acidissima; *Cort.* flava, amara. *Præstans.*

VIS: refrigerans, attenuans, antiputredinosa, tonica. *Cort.*
tinctoria, purgans.

USUS: Febres putridæ, Cholera, Icterus, Leucorrhœa.

COMP.

DIGYNIA.

180. ORYZA *fativa.* *Hort. cliff.* 137. *Sp. pl.* 475.

Oryza. *Baub. pin.* 24.

LOC: Indiæ inundata.

Annua, ferva.

PHARM: ORYZÆ Semina, .

QUAL: farinosa, dulcis.

Culinaris, ravior.

VIS. nutriens.

USUS: *cibarius.*

COMP.

TRIGYNIA.

181. RUMEX *sanguineus* floribus hermaphroditis: valvulis integerrimis unica granifera, foliis cordato-lanceolatis. *Sp. pl.* 476. *Hort. cliff.* 138. *ups.* 89.

Lapathum folio acuto rubente. *Bauh. pin.* 115.

LOC: Virginia.

Biennis, cicur.

PHARM: LAPATHI SANGUINEI Radix, Succus, Semina.

QUAL: purpurea, austera.

Insueta.

VIS: adstringens, refrigerans.

USUS: Dysenteria! Ulcus.

COMP.

182. RUMEX *aquaticus* floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis nudis, foliis cordatis acutis lanceolatis. *Fl. suec.* 315. *Sp. pl.* 479.

Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Bauh. pin.* 116.

LOC: Europæ paludes.

Perennis, vulgaris.

PHARM: HERBÆ BRITANNICÆ Radix.

QUAL: flava, amaricans, austera.

Rarior, eximia.

VIS. adstringens.

USUS: Cacoethes! Ulcus malignum, Stomacace! Hæmorrhagia!

COMP.

183. RUMEX *acutus* floribus hermaphroditis: valvulis dentatis graniferis, foliis cordato-oblongis acuminatis. *Fl. suec.* 316. *Sp. pl.* 478.

Lapathum acutum f. Oxylapathum. *Bauh. pin.* 2. p. 983.

LOC: Europæ humentia.

Perennis, frequens.

PHARM: LAPATHI ACUTI Radix, Herba, Semen.

QUAL: stiptica, nauseosa, *radicis* amarior, lutea, *foliorum* acidior.

Præstans, Hb. Superflua.

VIS: adstringens, eccoprotica.

USUS: Dysenteria! Scabies! Ulcus.

COMP.

184. RUMEX *scutatus* floribus hermaphroditis, foliis cordato-hastatis, caule tereti. *Hort. cliff.* 138. *upf.* 89. *Sp. pl.* 480.

Acetosa rotundifolia hortensis. *Baub. pin.* 114.

LOC: Galloprovincia, Hetruria. *Biennis, cicur.*

PHARM: ACETOSÆ ROTUNDIFOLIÆ Herba.

QUAL: acidula, debilior præcedentibus. *Exoleta, superflua.*

VIS: refrigerans.

USUS: Scorbutus.

COMP:

185. RUMEX *alpinus* floribus hermaphroditis sterilibus femineisque, valvulis integerrimis: nudis, foliis cordatis obtusis rugosis. *Sp. pl.* 480.

Lapathum hortense rotundifolium. *Baub. pin.* 115.

LOC: Europæ humentia. *Perennis, frequens.*

PHARM: RHABARBARI MONACHORUM Radix.

QUAL: amaro-austera, flava.

VIS: adstringens, sublaxans.

USUS: Ulcus.

COMP:

186. RUMEX *Acetosa* floribus dioicis, foliis oblongis sagittatis. *Fl. suec.* 318. *Sp. pl.* 481.

α Acetosa pratensis *Baub. pin.* 114.

LOC: Europæ graminosa. *Perennis, vulgarissima.*

PHARM: ACETOSÆ NOSTRATIS Radix, Herba, *Conserva, Syrupus, ∇, Semina.*

Acetosa montana maxima. *Baub. pin.* 114.

LOC: Alpes variæ, Lapponicæ. *Perennis, cicur.*

PHARM: ACETOSÆ HISPANICÆ Radix.

QUAL: acido-austera, amara. *Rad.* rubro-tinctoria.

Rarior, præstans.

VIS: refrigerans, tonica, obstipans.

USUS: Scorbutus, Profluvia, Febres exacerbantes.

COMP: Decocta rubra; Diascordium; *Conf.* Hyacinth.

187. COLCHICUM *autumnale* foliis planis lanceolatis. *Hort. cliff.* 140. *Hort. ups.* 90. *Sp. pl.* 485.

Colchicum commune. *Baub. pin.* 67.

LOC: Europæ australioris prata succulenta.

Perennis, cicur.

PHARM: COLCHICI Radix, *Extractum.*

QUAL: acris, amara.

VIS: narcotica, phantastica, dementans, draastica, exanthematica, phthiriaca.

USUS: Hydrops, Amuletum Pestis.

COMP. Oxytel Colchici.

TEIRAGYNIA.

188. PETIVERIA *alliacea* floribus hexandris. *Hort. cliff.* 141. *ups.* 91. *act. stockh.* 1744. p. 287. t. 7.

Sp. pl. 486. *Trew. ebret.* p. 33. t. 67.

Verbenæ aut Scorodoniæ affinis anomala, flore albidio, allii odore. *Sloan. jam* 64.

LOC: Jamaica, Gallia æquinoctialis. *Frutex, fera.*

PHARM: SCORODONIÆ Herba.

QUAL: orgastica, alliacea, lactaria, urinaria.

Præstans.

VIS: sudorifera, diuretica,

USUS: Febr. intermittens, exacerbans.

COMP:



CLASSIS VIII.

OCTANDRIA
MONOGYNIA.

189. TROPÆOLUM *majus* foliis peltatis subquinquelobis, petalis obtusis. *Hort. upf.* 93. *Sp. pl.* 490.
Viola inodora scandens, nasturtii sapore, maxima odorata. *Herm. lugdb.* 628.

LOC: Peru. *Perennis, nobis annua, cicur.*

PHARM: NASTURTH INDICI Herba.

QUAL: aquosa, acris, antiscorbutica, oleracea.

Excoleta, superflua.

VIS: diuretica.

USUS: Scorbutus.

COMP.

190. AMYRIS *Elemifera* foliis ternatis quinato pinnatisque subtus tomentosis. *Syst. nat.* 12. p. 266.
Icicariba. *Marceg. bras.* 98.

LOC: Nova Hispania.

Arbor, peregrina.

PHARM. ELEMI Resina.

QUAL: pellucida, flavescenti-subvirescens: fumo suavi.

Rarior.

VIS: diuretica.

USUS: Vulnus capitis, Punctura, Dolores, Tumor.

COMP. *Bals. arcæi.*

191. AMYRIS *Opobalsamum* foliis pinnatis, foliolis sessilibus. *Amæn. acad.* 7. p. 68. * *Mant. pl.* 65.
Opobalsamum. Alp. ægypt. 48. *Geoffr. mat.* 473.
Dal. pharm. 308.

LOC: Arabia felix.

Arbor, peregrina.

PHARM. MECHÆ Balsamum Gt. Xij.

XYLOBALSAMI Lignum.

CARPOBALSAMI Fructus.

QUAL: tenaci-liquida. *Rarior, præstans.*

VIS: detergens, antiseptica, vulneraria, emmenagoga, diuretica! cosmetica.

USUS: Asthma, Phthisis, Gonorrhœa.

COMP.

192. SANTALUM *album*. *Sp. pl.* 497.

Santalum verum. *Breyn. icon.* 94. t. 5. f. 1.

LOC: India, Siam, Timor, Solor. *Arbor, peregrina.*

PHARM: SANTALI CITRINI lignum.

ALBI lignum.

QUAL. fragranti-aromatica, amaricans.

Exoleta, dubia, superflua.

VIS: subvenenata, synochizans, tonica.

USUS: Destillationes.

COMP. *Confect.* Alkermes. *Pulv.* abort.

193. LAWSONIA *inermis* racemis inermibus. *Fl. zeyl.*

135. *Sp. pl.* 498.

Pontaletsce. *Rheed. mal.* 4. p. 117. t. 57.

LOC: in India, Ægypto, Syria. *Arbor, fera.*

PHARM: ALCANNÆ VERÆ Radix, *Tinctura,*
Folia.

QUAL: Rad. rubro-tinctoria. Fol. luteo-tinctoria.

Rarior, præstans, Turcica.

VIS: adstringens.

USUS: sophisticatio, formositas.

COMP. *Ungv.* rub. potabile, *Tinctura* rubræ, *Decocta* rubra.

194. VAC.

193. *ALCANNA* raro & vix nunquam in nostris officinis occurrit, sed ejus loco & nomine Anchusa tinctoria.

194. VACCINIUM *Myrtillus* pedunculis unifloris, foliis ferratis ovatis deciduis, caule angulato. *Fl. suec.* 337. *Sp. pl.* 498.

Vitis idæa foliis oblongis crenatis, fructu nigricante.

Bauh. pin. 470.

LOC. Europæ, præsertim Sveciæ sylvæ.

Frutex, vulgarissimus.

PHARM. MYRTILLI BACCÆ, *Syrupus.*

QUAL: acidula.

Rarior.

VIS: subrefrigerans, subadstringens.

USUS: Diarrhœa, Scorbutus.

COMP.

195. VACCINIUM *Vitis idæa* racemis terminalibus nutantibus, foliis obovatis revolutis integerrimis subtus punctatis. *Fl. suec.* 334. *Sp. pl.* 500.

Vitis idæa foliis subrotundis non crenatis, baccis rubris. *Bauh. pin.* 470.

LOC: Europa, præsertim sylvæ Sueciæ.

Frutex, vulgarissimus.

PHARM: VITIS IDÆÆ Rob.

QUAL: acida.

Præflans.

VIS: refrigerans, attenuans.

USUS: Febrium æstus.

COMP.

196. DAPHNE *Mezereum* floribus sessilibus ternis caulinis, foliis lanceolatis deciduis. *Sp. pl.* 504.

Laureola folio deciduo, flore purpureo. *Bauh. pin.* 462.

LOC: Europæ sylvæ umbrosæ.

Frutex, cicur.

PHARM: LAUREOLÆ Cortex.

COCCIGNIDII Semina.

G 4

QUAL.

195. VITIS IDÆA non recepta est in nostris officinis, quam & vis & copia commendat.

QUAL: insipida, acris, septica, toxica. *Rarior, cauta.*

VIS: corrodens, rubefaciens, excorians, stimulan, pellens, vomitoria, cardialgica, febrilis.

USUS. Hydrops, Ulcus cacoëthicum, Carcinoma, Lupibus.

COMP.

197. DAPHNE *Laureola* racemis axillaribus quinquefloris, foliis lanceolatis glabris. *Sp. pl.* 510.

Laureola sempervirens, flore viridi. *Baub. pin.* 462.

LOC: Italia, Anglia, Germania. *Frutex, mansuetus.*

PHARM. MEZEREI Cortex.

QUAL: acris, septica, toxica.

Exoleta, cauta.

VIS: corrodens, rubefaciens, excorians, drastica.

USUS: Hydrops.

COMP.

TRIGYNIA.

198. POLYGONUM *Bistorta* caule simplicissimo monostachyo, foliis ovatis in petiolum decurrentibus. *Sp. pl.* 516.

Bistorta major, radice magis intorta. *Baub. pin.* 192.

LOC: Germaniæ prata subhumida fertilia.

Perennis, cicur.

PHARM: BISTORTÆ Radix.

QUAL: stiptica, rubra.

Ufitata, laudabilis.

VIS: adstringens.

USUS: Dysenteria, Leucorrhœa, Stomacace, Profluvia.

COMP. Diafscordium; *Acet. Thericale.*

199. POLYGONUM *Hydropiper* floribus hexandris femidigynis, stipulis submuticis, foliis lanceolatis.

Fl suec. 343. *Sp. pl.* 517.

Persicaria urens seu *Hydropiper*. *Baub. pin.* 101.

LOC: Europæ nostræ subhumida. *Annua, vulgarissima.*

PHARM: PERSICARIÆ Herba, ▽.

QUAL.

197. MEZEREI cortex, si hæc (197) species *Daphnes* non occurrat, commode a priore (196) specie desumi potest.

QUAL. acris, urens, luteo-tinctoria.

Rarior.

VIS: incidens, corrodens, rubefaciens, stimulans, diuretica.

USUS: Calculus! Odontalgia, Excoriatio oris.

COMP.

200. POLYGONUM *aviculare* floribus octandris trigynis axillaribus, foliis lanceolatis, caule procumbente herbaceo. *Fl. suec.* 339. *Sp. pl.* 519.

Polygonum latifolium *Baub. pin.* 281.

LOC. Europæ culta rudrata. *Annua, vulgatissima.*

QUAL: subinsipida, inodora.

Exoleta, superflua.

VIS: subadstringens, vulneraria.

USUS: Prolapsus.

COMP.

201. POLYGONUM *Fagopyrum* foliis cordato-fagittatis, caule erectiusculo inermi, seminum angulis æqualibus. *Fl. suec.* 345. *Sp. pl.* 522.

Fagopyrum. *Dod. pempt.* 512.

LOC: Asia.

Annua, cerealis, cicur.

PHARM: FAGOPYRI Semina.

QUAL: farinacea.

Culinaris, rarior.

VIS: refrigerans, obstitans, nutriens.

USUS: cibarius.

COMP.

202. SAPINDUS *Saponaria* foliis impari pinnatis, caule inermi. *Sp. pl.* 526.

Nuciprunifera arbor americana, fructu saponario orbiculato nigro. *Pluk. alm.* 255. t. 217. f. 7.

Comm. hort. 1. p. 183. t. 94.

LOC: Brasilia, Jamaica.

Arbor, fera.

PHARM: SAPONARIÆ NUCULÆ.

QUAL: spumescens.

Præstans.

VIS: saponacea.

USUS: Chlorosis! Leucorrhœa.

COMP:



CLASSIS IX.

ENNEANDRIA

MONOGYNIA.

203. LAURUS *Cinnamomum* foliis trinerviis ovato-oblongis, nervis versus apicem evanescentibus.
Sp. pl. 528.

Cassia cinnamomea. *Herm. lugdb.* 129. t. 655. *Burm. zeyl.* 63. t. 28.

LOC: Zeylona, Martinica. *Arbor, peregrina.*

PHARM: CINNAMOMI cortex, *Syrupus*, ∇ line vino, ∇ cum vino, Ω , $\circ\circ$ Gtj.

QUAL: acris, dulcis, suavissima, aromatica, fragrantissima.
Trita, heroica.

VIS: cordialis, analeptica, corroborans, calefaciens, perspirans, antifebrilis, carminativa.

USUS: Debilitas, Vomitus, Tympanitis, Leucorrhœa, Menorrhagia.

COMP. **Balsam.* Cinnamomi; *Aqua* Cinnamomi hordeata; *Aqua* Cinnam. Cydoniata; Andromach; Mithridat; Diafscordium; Orvietan; Philonium; Diaphœnic; *Conf.* Alkermes; Hamech; Hiera picra; *Balsam.* Apoplect; *Aqua* confortans perlata.

S Katou karua. *Rheed. mal.* 5. p. 105. t. 53.

LOC: Malabarica. *Arbor, peregrina.*

PHARM: MALABATHRI Folium.

QUAL: acris, aromatica, fragrans.

VIS: calefaciens, stimulan.

USUS: Paralyfis linguæ.

COMP: Andromach; Mithridat.

204. LAURUS *Cassia* foliis triplinerviis lanceolatis.
Fl. zeyl. 146. *Sp. pl.* 328.

Cassia malabarica. Herm. lugdb. 130. *Burm. zeyl.* 63.
t. 28.

LOC: Malabaria, Java, Sumatra. *Arbor, peregrina.*

PHARM: CASSIÆ LIGNEÆ Cortex.

QUAL: Cinnamomi, debilior. *Rarior, præstans.*

VIS: Cinnamomi, debilior magisque adstringens.

USUS: Diarrhœa.

COMP: Andromach; Mithridat; Philonium; Diascordium;
Troch. Hedycroi; Spec. Diamoschi.

205. LAURUS *Camphora* foliis triplinerviis lanceolato-ovatis. *Sp. pl.* 528.

Laurus camphorifera. Kämpf. amæn. 770. *t.* 771.
Breyn cent. 16. *t.* 1.

LOC: Japonia. *Arbor, fera.*

PHARM: CAMPHORÆ Resina Grj. -- $\text{B}\beta$, L , OO .

QUAL: aromatica, acris, amaricans, fragrantissima.

Trita, heroica.

VIS: resolvens, nervina, pellens, sudorifera, anthelminthica.

USUS: Contagium, Inflammatio, Febres omnes, Mania,
 Hysteria, Odontalgia.

COMP. *Ungu.* Album; *Pulv.* pannonic; *Conf.* Hyacinth;
Ungu. Ægypt. *Empl.* Stictic.

206. LAURUS *nobilis* foliis venosis lanceolatis perennantibus, floribus quadrifidis. *Hort. cliff.* 155.
upf. 98. *Sp. pl.* 529.

Laurus vulgaris. Baub. pin. 460.

LOC: Græcia, Italia.

Arbor, mansueta.

PHARM: LAURI Baccæ, ∇ , $\odot$, OO , Folia.

QUAL.

QUAL: calida, aromatica, fragrans. *Trita, præstans.*
 VIS: calefaciens, resolvens, pellens, carminativa, phthiriaca.
 USUS: Colica lochialis.
 COMP. *El. baccar. lauri; Empl. baccar. lauri; Orvietan.*
Diateffaron. Empl. ranar; Empl. stictic; Empl. manus Dei.

207. LAURUS *Sassafras* foliis trilobis integris. *Hort. cliff. 154. Sp. pl. 530. Trev. ebret. 24. t. 69. 70.*

Cornus mas odorata, folio trifido: margine plano, Sassafras dicta. *Catesb. carol. 1. f. 55.*

LOC: Pennsylvania, Virginia, Florida. *Arbor, mansueta.*

PHARM: SASSAFRAS lignum, Cortex, *Essentia,*
 ∇ , $\tilde{\nabla}$; $\circ\circ$.

QUAL: subdulcis, acris, aromatica, fragrans. *Trita, præstans.*

VIS: diaphoretica, sudorifera, pellens, corroborans, purificans.

USUS: Syphilis, Cachexia, Hydrops, Scabies, Flatulentia, Destillationes.

COMP.

208. LAURUS *Culilaban* foliis triplinerviis oppositis. *Mantiss. pl. 237. †*

Cortex caryophylloides. *Rumph. amb. 2. p. 65. t. 14.*

E. N. C. dec. 2. ann. 3. p. 53.

LOC: India orientalis. *Arbor, ferva.*

PHARM. CULILAWAN Cortex, $\circ\circ$.

QUAL: acris, aromatica, mucilaginosâ, fragrans.

Eximia, ravior.

VIS: carminativa! stomachica.

USUS: Colica flatulenta.

COMP:

TRIGYNIA.

209. RHEUM *Rhaponticum* foliis glabris, petiolis sub-
fulcatis. *Sp. pl.* 531.

Rhaponticum thracicum. *Alp. rhapont.* 1. *exot.* 137.

LOC. Thracia, Scythia.

Perennis, cicur.

PHARM: RHAPONTICI Radix 3j.

QUAL: sequentis, stiptico-amara, nauseosa. *Exoleta.*

VIS: purgans debilior, adstringens præstantior, stomachica.

USUS: Diarrhœa, Leucorrhœa.

COMP. Andromach.

210. RHEUM *palmatum* foliis palmatis acuminatis.

Sp. pl. 531. *Linn. fasc.* 1. *p.* 7. *t.* 4. *Act. angl.* 1765.

p. 292. *t.* 12.

LOC: China ad murum.

Perennis, cicur.

PHARM: RHABARBARI VERI Radix 3j. *10/12*

℞ij. *Essentia* 3j. *Extractum* 3j.

QUAL: stiptico-amara, nauseosa, lutea.

Trita, heroica, usitatissima.

VIS: purgans, antacida, tonica, adstringens, exanthemati-
ca, anthelminthica.

USUS: Dysenteria, Diarrhœa, Leucorrhœa, Gonorrhœa.

Colica, Icterus, Hæctica puerilis, Phthisis.

COMP. *Syr.* Cichorei c. Rheo. ʒij. *Pulv.* cont. vermes;

Conf. Hamech; diacath; *Extr.* Panchymag; *Pil.* Cathol;

sine quibus; *Tinct.* Anima Rhab. ʒj.



CLASSIS X.

DECANDRIA

MONOGYNIA.

211. SOPHORA *heptaphylla* foliis pinnatis: foliolis septenis glabris. *Sp. pl.* 533.

Anticholerica. *Rumph. amb.* 4. p. 60. t. 22.

LOC: India orientalis.

Frutex, ferus.

PHARM: ANTICHOLERICÆ Radix, Semina.

QUAL: amarissima.

Eximia, ravior.

VIS:

USUS: Cholera! Pleuritica.

COMP.

212. HYMENÆA *Courbaril.* *Hort. cliff.* 484. *upl.* 305. *Sp. pl.* 537.

Ceratia diphylls antegoana, ricini majoris fructu.

Pluk. alm. 96. t. 82. f. 2.

LOC: Brasilia.

Arbor, ferva.

PHARM: ANIMI Resina.

QUAL: subflavescens, pellucida.

VIS: nervina.

Excoleta.

USUS: Contractura, Paralysis.

COMP:

213. CASSIA *Senna* foliis sejugis subovatis, petiolis eglandulatis. *Sp. pl.* 539.

α *Senna alexandrina*, foliis acutis. *Baub. pin.* 397.

Raj. hist. 1742.

PHARM: SENNÆ ALEXANDRINÆ Folia, Folia s. s. *Syrup.* Folliculi.

β *Senna*

β *Senna italica* f. foliis obtusis. *Bauh. pin.* 397.

LOC: in fatis Italiae (β), & Indiae (α).

Frutex, submansuetus.

PHARM: SENNAE ITALICAE Folia ʒj. *Extra-
ctum* Disß.

QUAL: amara, nauseosa.

Trita, eximia.

VIS: purgans, pellens, repellens.

USUS: Obstipatio, Herpes.

COMP. *Extr.* Panchymag; *El.* cathol, *Conf.* hamech; *Decocta.*

214. CASSIA *Fistula* foliis quinquejugis ovatis acuminatis glabris, petiolis eglandulatis. *Fl. zeyl.* 149.
Sp. pl. 540.

Conna. *Rheed. mal.* 1. p. 37. t. 22. Chaiarxambar.
Alp. ægypt. 2. t. 1.

LOC: India orientalis, Ægyptus, Arabia, Mexico.
Arbor, fera.

PHARM: CASSIÆ *Fistula* (*Legumen*), Pulpa.

QUAL: dulcis, subnauseosa.

Trita, præstans.

VIS: demulcens, eccoprotica, febrium purgans.

USUS: Obstipatio, Nephritis calculosa.

COMP. *Elect.* Diacath. *Conf.* Hamech.

215. CÆSALPINIA? arbor Brasilia dicta.

Ibira pitanga. *Marcg. bras.* 101. t. 102.

LOC: Brasilia.

Arbor, peregrina.

PHARM: BRASILIANUM RUBRUM Lignum
(medullare).

QUAL: rubra.

Exoleta.

VIS: tinctoria.

USUS: œconomicus, Febres.

COMP.

216. CÆ

216. CÆSALPINIA *brasiliensis* caule foliisque inermibus. *Sp. pl.* 544.

Pseudo-santalum croceum. *Catesb. car.* 2. t. 51.

LOC: Jamaica, Carolinæ colles. *Arbor, peregrina.*

PHARM: BRASILIENSE LUTEUM Lignum.

QUAL: flava.

Exoleta.

VIS: tinctoria.

USUS: œconomicus.

COMP.

217. GUILANDINA *Moringa* inermis, foliis subbipinnatis: foliolis inferioribus ternatis. *Fl. zeyl.* 155. *Sp. pl.* 546.

Moringa zeylonica, foliorum pinnis pinnatis, *Burm. zeyl.* 62. t. 75.

LOC: Zeylona, Malabarica. *Arbor, peregrina.*

PHARM: NEPHRITICUM Lignum, *Tinctura.*

BEHEN (O).

QUAL: flavo-pallescent, cœruleo tingens, subacris, amaricans.

Exoleta.

VIS: pellens, diuretica.

USUS: Scabies, Exanthemata.

COMP: (O) basis balsamorum.

218. GUAJACUM *officinale* foliolis bijugis obtusis. *Sp. pl.* 546.

Pruno vel evonymo affinis arbor, folio alato. Sloan. jam. 2. p. 133. t. 222.

LOC: Jamaica, Hispaniola.

Arbor, fera.

PHARM: LIGNI SANCTI (GUAJACI) Cortex,

⌒, ♂, ♀, *Resina, Extractum.*

QUAL: sicca.

Trita, præstans.

VIS: aperiens, purificans, pellens, visceralis; *Ext. ster-
nutatoria.*

USUS: Syphilis, Leucorrhœa.

COMP.

219. *ANACARDIUM occidentale* caule foliisque inermibus. *Hort. cliff.* 16. . *Fl. zeyl.* 165. *Sp. pl.* 548. Kapa mava. *Rheed. mal.* 3. p. 65. t. 54. Acajou. *Pis. bras.* 58.

LOC: Brasilia, Surinama, Malabarica. *Arbor, ferva.*

PHARM: ANACARDII OCCIDENTALIS Nux (testæ melligo).

QUAL: melliginis exurens, nigro-tinctoria. *Exoleta.*

VIS: excorians.

USUS: Maculæ, Scabies, Impetigo.

COMP.

220. *DICTAMNUS albus.* *Hort. cliff.* 161. *upf.* 102. *Sp. pl.* 548.

Dictamnus albus vulgo f. *Fraxinella.* *Baub. pin.* 222.

LOC: Narbonæ, Germaniæ colles. *Perennis, cicur.*

PHARM: DICTAMNI ALBI Radix.

QUAL: amarissima.

Rarior, dubia.

VIS: balsamica, pellens, anthelminthica.

USUS: Epilepsia, Vermes!

COMP. Orvietanum, ⚊ gutteta, ⚊ pannonicus.

221. *RUTA graveolens* foliis decompositis, floribus lateralibus quadrifidis. *Hort. cliff.* 145. *upf.* 102. *Sp. pl.* 548.

Ruta hortensis latifolia. *Baub. pin.* 336.

LOC: Africa, Græcia, Hetruria, Narbona.

Frutex, cicur.

PHARM: RUTÆ HORTENSIS Herba, *Conserva,*

▽, ⊙, ○, ⊖, +, Semina.

QUAL: acerrima, tetra.

Trita, heroica.

VIS. resolvens, alexiteria, antivenerea, pellens, carminativa, emmenagoga, exanthematica, sudorifera, anthelminthica, phthiriaca.

USUS: Pestis, Epilepsia, Hysteria, Cephalalgia, Ophthalmia, Singultus.

COMP. *Balsamus* Ruta, *Acet.* prophyl.

H -

222. TO.

222. TOLUIFERA *Balsamum. Sp. pl. 549.*

Balsamum tolutanum foliis ceratiæ similibus. *Baub.*
pin. 401.

LOC: Provincia Tolu prope Carthagenam Americæ.
Arbor, peregrina.

PHARM: TOLU balsamum, *Syrupus balsamicus.*

QUAL: fusco-virescens, dulcis, fragrans, tenax, tandem
 fragilis. *Trita, præstans.*

VIS: diuretica! purificans, vulneraria.

USUS: Phthisis! Punctura, Gonorrhœa.

COMP:

223. HÆMATOXYLON *Campechianum. Sp. pl. 549.*

Lignum campechianum. *Sloan. hist. 2. t. 10. f. 1-4.*

LOC: Campechia Americes.

PHARM: CAMPESCANUM Lignum.

QUAL: stiptica, tinctoria.

Exolata.

VIS: adstringens.

USUS: Dysenteria.

COMP:

224. QUASSIA *amara. Sp. pl. 553. Amæn. acad. 6.*

p. 423. t. 429.

Nux americana, foliis alatis bifidis. *Comm. hort. 1.*

p. 183. t. 94?

LOC: Surinamum.

Arbor, fœva.

PHARM: QUASSIÆ Lignum.

QUAL: amarissima, inodora.

Eximia.

VIS: balsamica, antacida, antiputredinosa, tonica, stomachica.

USUS: Febres Intermittentes! Exacerbantes! Hypochondriasis, Arthritis, Leucorrhœa, Sphacelus.

COMP.

225. CO-

225. COPAIFERA *officinalis*. Sp. pl. 557.

Copaiba. *Marogr. bras.* 130. *Pij. bras.* 56. *Barr. quin.* 40.

LOC: Brasilia insula Maranhon. *Arbor, peregrina.*

PHARM: COPAIVÆ Balsamum. 5j.

QUAL: liquido-tenax, flavescent, acris, amara, aromatica, fragrans, urinaria: urina amara. *Trita, præstans.*

VIS: vulneraria, laxans, mundificans.

USUS: Synocha, Phthisis, Hæctica, Tussis, Gonorrhœa, Leucorrhœa, Diarrhœa, Scorbutus, Circumcisio.

COMP:

226. LEDUM *palustre* foliis linearibus subtus hirsutis, floribus corymbosis. *Fl. suec.* 352. *Sp. pl.* 561.

Cistus ledon foliis rosinarini ferrugineis. *Baub. pin.* 467.

LOC: Sueciæ Septentrionisque paludes asperæ.

Frutex, vulgaris.

PHARM: ROSMARINI SYLVESTRIS Herba.

QUAL: amara, nidorosa.

Exoleta, heroica.

VIS: narcotica, phantastica, cephalalgica, exanthematica, phthiriaca.

USUS: Scabies, Tussis ferina, Febres exanthematicæ? Infecta.

COMP.

227. ARBUTUS *Uva ursi* caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Fl. lapp.* 162. *suec.* 358. *Sp. pl.* 566.

Uva ursi. Clus. hist. 1. p. 63.

LOC: Sueciæ colles sabulosi.

Frutex, vulgaris.

PHARM: UVÆ URSI Folia.

QUAL: stiptica, inodora.

Rarior, præstans.

VIS: adstringens, coriaria, obstipans.

USUS: Calculus.

COMP.

H 2

QUAL.

227. UVA URSI non dum in officinas Pharmacopæorum introducta, at a coriariis loco Rhois receptissima; ob vires corroborantes & adstringentes commendanda.

228. PYROLA *rotundifolia* staminibus adscendentibus, pistillo declinato. *Fl. suec.* 360. *Sp. pl.* 567.

Pyrola rotundifolia major. *Bauh. pin.* 191.

LOC: Europæ sylvæ.

Perennis, vulgaris.

PHARM: PYROLÆ Herba.

QUAL: insipida, inodora.

Rarior.

VIS: corroborans, adstringens.

USUS: Vulnus.

COMP.

229. STYRAX *officinale*. *Hort. cliff.* 187. *upl.* 123. *syst. nat.* 301.

Styrax folio mali cotonei. *Bauh. pin.* 42.

LOC: Italia, Creta, Syria, Palæstina. *Arbor, mansueta.*

PHARM: STORACIS CALAMITÆ Resina, $\circ\circ$.

QUAL: resinosa, subacris, fragrans.

Usitata.

VIS: nervina, subanodyna.

USUS: Ulcera interna, Catarrhus, Tussis.

COMP. *Pil.* styracis, *Empl.* styracis, *Empl.* stomachale; Andromachi; Mithridat; Diascord; *Bals.* apoplect; *Ungv.* martiatum; *Pulv.* fumal.

DIGYNIA.

230. SAXIFRAGA *granulata* foliis caulinis reniformibus lobatis, caule ramoso, radice granulata. *Fl. suec.* 372. *Sp. pl.* 576.

Saxifraga rotundifolia alba. *Bauh. pin.* 309.

LOC: Europæ colles prataque *Perennis, vulgarissima.*

PHARM: SAXIFRAGÆ ALBÆ Radix, Herba, Flores, Semina.

QUAL: acris, pungens.

Exoleta, infida, superflua.

VIS: diuretica.

USUS: Calculus?

COMP.

231. SAPONARIA *officinalis* calycibus cylindricis, foliis ovato-lanceolatis. *Hort. cliff* 165. *ups.* 106. *Sp. pl.* 584.

Saponaria major lævis. *Baub. pin.* 206.

LOC: Germania, Anglia, Gallia, Belgium.

Perennis, cicur.

PHARM: SAPONARIÆ Radix, Herba, Semina.

QUAL: amarissima, trita pumescens. *Exoleta.*

VIS: pellens, sudorifera, diuretica, emmenagoga, anthelmintica.

USUS: Cachexia, Leucorrhœa.

COMP.

232. DIANTHUS *Caryophyllus* floribus solitariis, squamis calycinis subovatis brevissimis, corollis crenatis. *Hort. cliff.* 164. *ups.* 104. *Sp. pl.* 587.

Caryophyllus hortensis simplex, flore majore. *Baub. pin.* 208.

LOC: Europa australioris Alpes. *Perennis, cicur.*

PHARM: TUNICÆ Flores (corolla) *Conserua, Syrupus, ∇, +.*

QUAL: suaveolens, fragrans rosea. *Trita, præstans.*

VIS: cordialis, sudorifera, alexiteria.

USUS: Contagium, Exanthemata, Febres.

COMP: *Spir. Embryon; Potiones cordiales.*

PENTAGYNIA.

233. SEDUM *Telephium* foliis planiusculis serratis, corymbo folioso, caule erecto. *Fl. suec.* 400 *Sp. pl.* 616.

Anacampseros vulgo Faba crassa. *Baub. hist.* 3. p. 681.

LOC: Europæ colles saxosi. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: TELEPHII Radix.

QUAL: glutinosa, subacida, mitis. *Exoleta, infida.*

VIS: refrigerans.

USUS: Varix ani, Paronychia, Hæmorrhoids?

COMP.

234. *SEDUM acre* foliis subovatis adnato-fessilibus gibbis erectiusculis alternis, cyma trifida. *Fl. suec.* 403. *Sp. pl.* 619.

Sempervivum minus vermiculatum acre. *Baub. pin.* 283.

LOC: Europæ montes, tecta. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: SEDI MINORIS Herba, ▽.

QUAL: acris, subcorrosiva. *Præstans.*

VIS: incidens, vomitoria, diuretica.

USUS: Quartana! Scorbutus! Hydrops!

COMP.

- 235 *OXALIS Acetofella* scapo unifloro, foliis ternatis, radice squamosa articulata. *Fl. suec.* 406. *Sp. pl.* 620.

Trifolium acetosum vulgare. *Baub. pin.* 330.

LOC: Europæ sylvæ acerosæ. *Perennis, vulgarissima.*

PHARM: ACETOSELLÆ Herba, Conserva, Syrupus, Sal essentielle.

QUAL: acida. *Usitata.*

VIS: refrigerans, attenuans.

USUS: Febres Putridæ, Phlogisticæ.

COMP. *Julep.* antifebril.

DECAGYNIA.

236. *PHYTOLACCA decandra* floribus decandris decagynis. *Hort. cliff.* 177 *Hort. upf.* 117. *Sp. pl.* 631. *Solanum racemosum americanum.* *Pluk. alm.* 353. *t.* 225. *f.* 3.

LOC: Virginia. *Perennis, mansueta.*

PHARM: PHYTOLACCÆ Herba recens, Succus.

QUAL: tenellæ aquosa, oleracea, adultæ acris. *Eximia, ravior.*

VIS: corrodens.

USUS: Carcinoma!

COMP.

CLAS-



CLASSIS XI.

DODECANDRIA

MONOGYNIA.

237. ASARUM *europæum* foliis reniformibus obtusis binis. *Fl. suec.* 424. *Sp. pl.* 633.

Asarum. *Baub. pin.* 197.

LOC: Europa australior; Scania. *Perennis, cicur.*

PHARM: ASARI Radix 3j, *Extractum* ʒj; Foliano. VI.

QUAL: amaro-acris, nauseosa. *Tritæ, heroica.*

VIS: Vomitoria! purgans! errhina, diuretica, diaphoretica, emmenagoga.

USUS: Melancholia, Coryza.

COMP.

238 WINTERANIA *Canella*. *Sp. pl.* 636.

Canella foliis oblongis obtusis nitidis, racemis terminalibus. *Brown. jam.* 215. t. 27. f. 3.

LOC: Jamaica, Carolina. *Arbor, submansueta.*

PHARM: WINTERANI (CANELLÆ ALBÆ)

• Cortex.

QUAL: acris, pungens, subamara, aromatica, fragrans, *Rarior, præstans.*

VIS: calefaciens, pellens, carminativa.

USUS: Catharrhus, Hæmorrhagia! Paralysis linguæ!

COMP.

239. PORTULACA *oleracea* foliis cuneiformibus, floribus sessilibus. *Roy. lugdb.* 473. *Hort. upj.* 146. *Sp. pl.* 638.

Portulaca latifolia f. sativa. *Baub. pin.* 288.

LOC: Germania; Malabaria, Jamaica, *Annua, cicur.*

PHARM: PORTULACÆ Herba, *Conserva, Syrupus*, ▽.

QUAL: aquosa, *Culinaris, exoleta, superflua.*
 VIS: diluens, humectans, refrigerans, corroborans, lac
 coagulans.
 USUS: Nausea, Scorbutus, Stranguria, Calculus.
 COMP.

DIGYNIA.

240. AGRIMONIA *Eupatoria* foliis caulinis pinna-
 tis: impari petiolato, fructibus hispidis. *Fl. succ.* 423.
Sp. pl. 642.

Eupatorium veterum s. Agrimonia. *Baub. pin.* 321.
 LOC: Europæ præta. *Perennis, vulgaris.*
 PHARM: AGRIMONIÆ Herba, ▽.

QUAL: stiptica, *Trita.*
 VIS: diuretica, adstringens, roborans, vulneraria, pellens.
 USUS: Febres, Profluvia, Hæmaturia, Calculus, Obstru-
 ctiones viscerum, Cachexia.
 COMP.

TRIGYNIA.

241. EUPHORBIA *officinarum* aculeata nuda multan-
 gularis, aculeis geminatis. *Hort. cliff.* 106. *ups.*
 138. *Sp. pl.* 647.

Euphorbium cerei effigie, caulibus crassioribus, spinis
 validioribus armatum. *Comm. hort.* 1. p. 11. t. 11.
 LOC: Africa. *Frutex, ferus.*

PHARM: EUPHORBII Gummi, ©.

QUAL: lactescens, acris, septica. *Rarior, cauta.*
 VIS: incidens, corrodens, rubefaciens, vesicans, excorians,
 stimulans, pellens, drastica, sternutatoria.
 USUS: Hydrops, Caries, Punctura.
 COMP.

242. EU.

242. EUPHORBIA *Lathyris* umbella quadrifida: dichotoma, foliis oppositis integerrimis. *Sp. pl.* 655. *Lathyris* major. *Baub. pin.* 293.

LOC: Gallia.

Biennis, cicur.

PHARM: CATAPUTIÆ MINORIS, Semina.

QUAL: lactescens, acris, septica. *Exoleta, cauta, superflua.*

VIS: corrodens, rubefaciens, vesicans, excorians, stimulans, draastica.

USUS: Verruca.

COMP:

243. EUPHORBIA *palustris* umbella multifida: subtrifida: bifida, involucellis ovatis, foliis lanceolatis, ramis sterilibus. *Fl. suec.* 427. *Sp. pl.* 662. *Tithymalus palustris* fruticosus. *Baub. pin.* 292.
LOC: Europa, imprimis Oelandia, Gotlandia.

Perennis, cicur.

PHARM: ESULÆ Radix, Cortex (*radicis*), Herba.

QUAL: lactescens, acris, septica. *Rarior, cauta, Hb. superflua.*

VIS: corrodens, rubefaciens, vesicans, excorians, stimulans, draastica.

USUS: Hydrops, Odontalgia, Serpigo, Clavus.

COMP: *Extr.* plegmagog. *Qvercet. Pil. foet. maj.*

DODECAGYNIA.

244. SEMPERVIVUM *tectorum* foliis ciliatis, propaginibus carnosiss patentibus. *Fl. suec.* 428. *Sp. pl.* 664.

Sedum majus vulgare. *Baub. pin.* 283.

LOC: Europæ nostræ tecta. *Perennis, infrequens.*

PHARM: SEMPERVIVI MAJORIS Herba.


QUAL: acido-austera, aquosa, acriuscula.

Rarior.

VIS: refrigerans, adstringens.

USUS: Febres, Dysenteria, Aphtha, Ambustura.

COMP:



CLASSIS XII.

ICOSANDRIA

MONOGYNIA.

245. MYRTUS *communis* floribus solitariis, involu-
cro diphylo. *Hort. cliff.* 42. *upf.* 123. *Sp. pl.* 673.
Myrtus communis italica. *Baub. pin.* 468.
LOC: Orbis 4 partes temperatæ. *Arbor, mansueta.*
PHARM: MYRTI Folia, Baccæ, ☉.
QUAL: aromatica, fragrans. *Rarior.*
VIS: calefaciens, corroborans, adstringens.
USUS: Profluvia,
COMP:
246. MYRTUS *caryophyllata* pedunculis trifido: mul-
tifloris, foliis obovatis. *Sp. pl.* 675.
Caryophyllus aromaticus ind. occid; foliis & fructu
rotundis, dipyrene. *Pluk. phyt.* 155. f. 3.
LOC: Zeylona, Cuba, Guiana. *Arbor, peregrina.*
PHARM: CASSIÆ CARYOPHYLLATÆ Cortex.
QUAL: aromatica, fragrans, pungens.
VIS: cephalica, stomachica,
USUS:
COMP.
247. MYRTUS *Pimenta* foliis alternis. *Fl. zeyl.* 186.
Sp. pl. 676.
Myrtus arborea aromatica, foliis laurinis latioribus
& subrotundis. *Sloan. jam.* 2. t. 191. f. 1. *Pluk. phyt.*
155. f. 4.
LOC: jamaica. *Arbor, peregrina.*
PHARM: PIMENTÆ (AMOMI VERI *falso*) Fructus.
QUAL

QUAL: aromatica, fragrans.
VIS: calefaciens, stomachica,
USUS: Diæticus.
COMP,

Rarior.

248. PUNICA *Granatum* foliis lanceolatis, caule arboreo. *Hort. cliff.* 184. *ups.* 122. *Sp. pl.* 676.

α *Malus punica* sativa. *Bauh. pin.* 438.

β *Punica* flore pleno majore. *Tournef. instit.* 636.

LOC: Africa, Hispania, Italia. *Arbor, mansueta, sterilis.*

PHARM: BALAUSTIORUM (β) Flores.

MALICORII Cortex.

GRANATORUM Semina, *Syrupus.*

QUAL: stiptica, rubra.

Trita, præstans.

VIS: adstringens, laxans, anodyna, *Fl.*, pellens, diuretica, anthelminthica.

USUS: Gargarismata.

COMP, *Troch.* carabe, ⚥ dyfentericus.

249. AMYGDALUS *Persica* foliorum ferraturis omnibus acutis, floribus sessilibus solitariis. *Hort. cliff.* 186. *ups.* 123. *Sp. pl.* 676.

Persica molli carne & vulgaris. *Bauh. pin.* 440.

LOC: Persia.

Arbor, mansueta.

PHARM: PERSICÆ Flores, *Syrupus*, Nuclei, ∇.

QUAL: Amygdalæ amaræ 250. β.

Exoleta.

VIS: Amygdalæ amaræ,

USUS: Vermes.

COMP,

250. AMYGDALUS *communis* foliis ferraturis infimis glandulosis, floribus sessilibus geminis. *Hort. cliff.* 186. *ups.* 123. *Sp. pl.* 677.

α *Amygdalus dulcis*, putamine molliore. *Tournef. inst.* 627.

LOC.

LOC: Tripolis sepes. *Arbor, mansueta.*

PHARM: AMYGDALÆ DULCIS Nuclei, oblongi, $\odot$.

QUAL: dulcis, sapida. *Trita, præstans.*

VIS: nutriens, obtundens, emolliens.

USUS: Dolores, Febres, Tussis.

COMP:

β Amygdalus amara, *Tournef. inst. 627.*

LOC: Tripolis. *Arbor, mansueta.*

PHARM: AMYGDALÆ AMARÆ Nuclei, $\odot$.

QUAL: amara. *Præstans, dubia.*

VIS: præcedentis (α) & anodyna, carminativa, pellens, diuretica, anthelminthica.

USUS: Colica, Cophosis, Eschara, Vermes, Calculus.

COMP,

251. PRUNUS *Laurocerasus* foliis sempervirentibus, floribus racemosis dorso biglandulosis. *Sp. pl. 678.*

Laurocerasus. Cam. hort. 23. Clus. hist. 1. p. 4.

LOC: Trapezus. *Arbor, mansueta.*

PHARM: LAUROCERASI Folia,

QUAL: amara, feris lethalis. *Injueta.*

VIS: diuretica, narcotica, fere amygdalæ amaræ.

USUS: Phthisis, Syphilis.

COMP;

252. PRUNUS *Cerasus* umbellis subpedunculatis, foliis ovato-lanceolatis glabris conduplicatis. *Sp. pl. 679.*

Cerasus fructu acido serotino, succi sanguinei. Tournef. inst. 625.

LOC: hodie Europæ horti. *Arbor, frequens.*

PHARM: CERASORUM RUBRORUM Fructus,

Rob, Condita, Nuclei, Gummi.

QUAL: aquosa acidiuscula, sapida. *Culinaris, usitata.*

VIS: refrigerans.

USUS: Febres continentes.

COMP;

253. PRU-

251. LAUROCERASUS nondum intravit officinas nostras.

253. PRUNUS *avium* umbellis sessilibus, foliis ovato-lanceolatis conduplicatis subtus pubescentibus.
Sp. pl. 680.

Cerasus major sylvestris, fructu subdulci nigro colore inficiente. *Baub. pin.* 450.

LOC: hodie Europæ horti. *Arbor, frequens.*

PHARM: CERASORUM NIGRORUM Fructus,
Syrupus, ∇, ∟, √.

QUAL: acida, sapida. *Usitata.*

VIS: nervina, antispasmodica, subanodyna.

USUS: Paralyfis, Convulsiones.

COMP. *Aqua* confortans perlata.

254. PRUNUS *domestica* pedunculis subsolitariis, foliis lanceolato-ovatis convolutis, ramis muticis.
Sp. pl. 680.

• Prunus fructu parvo dulci atro-cæruleo. *Tournef. inst.* 622.

LOC: Europa australis. *Arbor, cicur, frequens.*

PHARM: PRUNA GALLICA, minora, majora, *pulpa.*

• Prunus fructu magno dulci atro-cæruleo. *Tournef. inst.* 622.

LOC: Syria. *Arbor, cicur.*

PHARM. PRUNA DAMASCENA, *pulpa.*

γ PRUNUS brignoniensis, fructu suavissimo. *Tournef. instit.* 622.

LOC: hodie Galloprovincia. *Arbor, cicur.*

PHARM: PRUNEOLÆ Fructus (*deinto nucleo*).

QUAL: acidiuscula. *Culinaris, usitata.*

VIS: refrigerans, humectans, lubricans, eccoprotica.

USUS:

COMP. *Pruna* laxativa. ℥ij.

255. PRUNUS *spinosa* pedunculis solitariis, foliis lanceolatis glabris, ramis spinosis. *Fl. suec.* 432. *Sp. pl.* 681.
 Prunus sylvestris. *Baub. pin.* 444.

LOC.

LOC: Europæ colles. *Frutex, vulgaris.*
 PHARM: ACACIÆ NOSTRATIS Cortex, Flores,
Syrupus, ∇, Fructus, Succus.
 QUAL: stiptica. *Trita, præstans.*
 VIS: Rad. Cort. adstringens, coriaria, Fl. laxans, Fr. re-
 frigerans.
 USUS: Profluvia, Diarrhœa, Calculus!
 COMP.

DIGYNIA.

256. CRATÆGUS *Avia* foliis ovatis incisfis ferratis
 subtus tomentosis. *Fl. suec. 433. Sp. pl. 681.*
 Alni effigie lanato folio major. *Bauh. pin. 452.*
 LOC: Oelandiæ, Gothlandiæ, Germaniæ montosa.
Arbor, cicur.
 PHARM: SORBI DOMESTICÆ Baccæ.
 QUAL: farinosa, alimentosa. *Exoleta, infida.*
 VIS: flatulenta.
 USUS:
 COMP.

TRIGYNIA.

257. SORBUS *aucuparia* foliis pinnatis utrinque gla-
 bris. *Fl. suec. 400. Sp. pl. 683.*
 Sorbus sylvestris, foliis domesticæ similis. *Bauh.*
pin. 415.
 LOC: Europæ sylvæ. *Arbor, frequens.*
 PHARM: SORBI AUCUPARIÆ Baccæ.
 QUAL: acida, farinosa. *Exoleta.*
 VIS: adstringens.
 USUS: Hæmorrhoids.
 COMP.

PENTAGYNIA.

258. MESPILUS *germanica* inermis, foliis lanceolatis
subtus tomentosis, floribus solitariis sessilibus. *Hort.*
cliff. 189. *ups.* 129. *Sp. pl.* 684.

Mespilus germanica, folio laurino non serrato. *Baub.*
pin. 453.

LOC: Germania & Europa australior. *Arbor, mansueta.*

PHARM. MESPILI Fructus, Semina.

QUAL: stiptico-farinosa, esculenta. *Rarior.*

VIS: adstringens, refrigerans.

USUS: Diarrhoea.

COMP.

259. PYRUS *Maius* foliis ferratis, umbellis sessilibus.
Hort. cliff. 189. *ups.* 130. *Fl. suec.* 437. *Sp. pl.* 686.

LOC: Germania. *Arbor, cicur.*

PHARM: POMORUM BORSDORPHIENSIIUM
succus liquidus.

QUAL: acidula, esculenta, sapida. *Parcior.*

VIS: refrigerans, tonica.

USUS:

COMP: *Confect.* alkermes.

260. PYRUS *Cydonia* foliis integerrimis, floribus soli-
tariis. *Hort. cliff.* 160. *Sp. pl.* 687.

Cotonea malus. *Baub. hist.* 1. p. 35.

LOC: Danubius. *Arbor, subcicut.*

PHARM: CYDONIÆ Fructus, *Condita, Rob, Syru-*
pus, succus, Miva, Panis, Cortex, Semina, ☉.

QUAL: acido-stiptica. *Sem. mucilaginosa. Trita, præflans.*

VIS: inspissans, adstringens, refrigerans.

USUS: Nausea, Vomitus, Colica, Cholera, Diarrhoea, Abortus.

COMP. ▽ cinnamomi cydoniata.

261. SPIRÆA *Filipendula* foliis pinnatis: foliolis uniformibus ferratis, caule herbaceo, floribus cymosis. *Fl. suec.* 439. *Sp. pl.* 702.

Filipendula vulgaris. *Baub. pin.* 162.

LOC: Europæ prata.

Perennis, vulgatissima.

PHARM: SAXIFRAGÆ RUBRÆ Radix, Herba.

QUAL: stiptica.

Exoleta, infida, superflua.

VIS: adstringens, vulneraria, lithonthriptica?

USUS: Leucorrhœa, Dysenteria, Hernia.

COMP.

262. SPIRÆA *Ulmaria* foliis pinnatis: impari maiore lobato, floribus cymosis. *Fl. suec.* 440. *Sp. pl.* 702.

Barba capræ floribus compactis. *Baub. pin.* 164.

LOC: Europæ pascua humida *Perennis, vulgatissima.*

PHARM: ULMARIÆ Radix, Herba, ▽

QUAL: stiptica, fragrans.

Exoleta, præstans.

VIS: adstringens, sudorifera.

USUS: Exanthemata, Dysenteria, Hernia.

COMP. *Empl.* ruptur.

POLYGYNIA.

263. ROSA *centifolia* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule hispido aculeato, petiolis inermibus. *Syst. nat.* 12. p. 348.

Rosa rubra multiplex. *Baub. pin.* 48. *H. upf.* 132. β.

LOC: Europa.

Frutex, cicur.

PHARM: ROSÆ RUBRÆ Flores, *Condita, Conserva*, ▽, ○, +, *succus, Placenta*, R, Ω, V, *Antheræ, Semina.*

QUAL: fragrans, rubra, spirituosâ.

Trita, præstans.

VIS: corroborans, adstringens.

USUS: Leucorrhœa, Profluvia.

COMP. *Conserva* rosarum vitriolata, *Sacch.* rosarum. *Syr.* rosarum siccarum. *Fl.* IV. cordiales; *Aqua* IV. cordiales.

263. RO-

264. ROSA *damascena* germinibus ovatis pedunculisque hispidis, caule aculeato, calycibus pinnatifidis hirsutis. *Mill. dict.*

Rosa purpurea. *Bauh. pin.* 481.

LOC: Europa.

Frutex, cicur.

PHARM: ROSÆ DAMASCENÆ Flores, ☉, *Conserva, recens, antiqua.*

QUAL: fragrans, purpurea, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: analeptica, tonica.

USUS:

COMP.

265. ROSA *canina* germinibus ovatis pedunculisque glabris, caule petiolisque aculeatis. *Syst. nat.* 348.

Rosa sylvestris vulgaris, flore odorato incarnato. *Bauh. pin.* 483.

LOC: Europæ sylvæ.

Frutex, vulgaris.

PHARM: ROSÆ SYLVESTRIS Flores, *Aqua, pal-lidarum Conserva.*

CYNOSBATI Fructus, Semina.

BEDEGUAR Fungus (*nidus insecti*).

QUAL: fragrans, pallida, spirituosa. *Trita, præstans.*

VIS: eccoprotica, *Bedegu.* adstringens.

USUS: Soda *Cognosc.*

COMP. *Syrupus* rofarum solutivus ʒj, *Mel* rofarum.

266. ROSA *alba* germinibus ovatis glabris, pedunculis hispidis, caule petiolisque aculeatis. *Syst. nat.* 348.

Rosa alba vulgaris major. *Bauh. pin.* 482. *Hort. ups.* 132. δ.

LOC: Europa.

Frutex, cicur.

PHARM: ROSÆ ALBÆ Flores, *Condita, Conserva* ▽.

QUAL: fragrans, alba, spirituosa.

Trita, præstans.

VIS: analeptica.

USUS: Ophthalmia, Leucorrhœa.

COMP: *Julep.* rofarum.

267. RUBUS *idæus* foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule aculeato, petiolis canaliculatis. *Fl. suec.* 446. *Sp. pl.* 706.

Rubus idæus spinosus. *Baub. pin.* 479.

LOC: Europæ colles saxosi. *Frutex, vulgaris.*

PHARM: RUBI IDÆI (Fructuum) Syrupus, ▽, +, ∩, ∇.

QUAL: acidula, grata. *Trita, præstans.*

VIS: refrigerans.

USUS: Sitis, Febrium æstus.

COMP.

268. RUBUS *arcticus* foliis ternatis, caule inermi unifloro. *Fl. suec.* 448. *Sp. pl.* 708.

Rubus caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. *t. 5. f. 2.*

LOC: Norlandiæ pascua. *Perennis, cicur.*

PHARM: NORLANDICARUM BACCARUM *Condita.*

QUAL: acidula, fragrans. *Rarior, eximia*

VIS: humectans! refrigerans! cordialis! analeptica!

USUS: Febres putridæ, exanthematicæ, Scorbutus!

COMP.

269. RUBUS *Chamæmorus* foliis simplicibus lobatis, caule inermi unifloro. *Fl. suec.* 449. *Sp. pl.* 708.

Rubus caule bifolio unifloro, foliis simplicibus. *Fl. lapp.* 208. *t. 5. f. 1.*

LOC: Sueciæ, Borussia paludes sylvaticæ sphagnosæ. *Perennis, frequens.*

PHARM: CHAMÆMORI *Condita.*

QUAL: aquosa, inodora, esculenta. *Rarior, præstans.*

VIS: diluens, humectans, refrigerans.

USUS: Hæmoptysis, Phthisis, Scorbutus.

COMP.

270. FRAGARIA *vesca* flagellis reptantibus. *Fl. suec.*

450. *Sp. pl.* 708.

Fragaria vulgaris. *Bauh. pin.* 326.

LOC: Europæ sylvæ.

Perennis, vulgarissima.

PHARM: FRAGARIÆ Herba, (Fructum) *Syrupus*, ∇, +, ∩.

QUAL: aquosa, acida, fragrans.

Trita, præstans.

VIS: diluens, humectans, diuretica, eccoprotica.

USUS: Calculus, Febres, Podagra! Phthifis.

COMP.

271. POTENTILLA *Anserina* foliis pinnatis ferratis, caule repente, pedunculis unifloris. *Fl. suec.* 452. *Sp. pl.* 710.

Potentilla. *Bauh. pin.* 321.

LOC: Europæ pascua.

Perennis, vulgarissima.

PHARM: ANSERINÆ Radix, Herba.

QUAL: insipida.

Debilis, exoleta.

VIS: adstringens.

USUS: Icterus? Prolapsus, Leucorrhœa.

COMP:

272. POTENTILLA *reptans* foliis quinatis, caule repente, pedunculis unifloris. *Fl. suec.* 456. *Sp. pl.* 714.

Quinquefolium majus repens. *Bauh. pin.* 325.

LOC: Europæ ruderata.

Perennis, vulgaris.

PHARM: PENTAPHYLLI Radix, Herba.

QUAL: stiptica.

Rarior, Hb. superflua.

VIS: vulneraria, adstringens.

USUS: Dysenteria.

COMP: Gargarismata, Andromach.

273. *TORMENTILLA erecta* caule erectiusculo, foliis sessilibus. *Fl. suec.* 420. *Sp. pl.* 716.

• *Tormentilla sylvestris.* *Bauh. pin.* 326.

LOC: Europæ pascua.

Perennis, vulgarissima.

PHARM: *TORMENTILLÆ* Radix, *Essentia*, *Extractum*, Herba.

• QUAL: stiptica, rubra.

Trita, præstans.

VIS: adstringens, coriaria, diuretica.

USUS: Diarrhœa, Dysenteria, Stomacace, Hæmaturia?

COMP.

274. *GEUM urbanum* floribus erectis, fructibus globosis, villosis, aristis uncinatis nudis, foliis lyratis. *Fl. suec.* 460. *Sp. pl.* 716.

Caryophyllata vulgaris. *Bauh. pin.* 321.

LOC: Europæ nemora.

Perennis, vulgaris.

PHARM: *CARYOPHYLLATÆ* Radix, Herba.

QUAL: stiptica, fragrans, antacida.

Rarior.

VIS: adstringens, pellens, sudorifera.

USUS: Variola! Dysenteria.

COMP:

275. *GEUM rivale* floribus nutantibus, fructu oblongo: aristis plumosis. *Hort. cliff* 195. *Fl. suec.* 461. *Sp. pl.* 717.

Caryophyllata aquatica, nutante flore. *Bauh. pin.* 321.

LOC: Europæ, præsertim septentrionalioris, præterea humida, uliginosa.

Perennis, vulgaris.

PHARM: *GEI PALUSTRIS* Radix.

QUAL: stiptica, antacida.

Rarior, præstans.

VIS: adstringens, coriaria.

USUS: Febres intermittentes.

COMP.



CLASSIS XIII.

POLYANDRIA
MONOGYNIA.

276. CAPPARIS *spinosa* pedunculis unifloris solitariis, stipulis spinosis, foliis annuis, capsulis ovalibus.

Sp. pl. 720

Capparis spinosa, fructu minore, folio rotundo.

Baub. pin. 400.

LOC: Italiæ, Narbonæ muri. *Arbor, fera.*

PHARM: CAPPARIDIS (*Radicis*) Cortex; (*Flores aceto*) *conditi.*

QUAL: sicca, subamara.

Usitata.

VIS: adstringens, diuretica, emmenagoga.

USUS: Hypochondriasis, Obstipatio, Paralysis.

COMP. *Troch.* capparidis; *Ol.* capparidis; *Radices V.* apertientes minores; Infusa.

277. ACTÆA *racemosa* racemis longissimis, fructibus siccis. *Sp. pl.* 722.

Christophoriana americana procerior et longius spicata. *Dill. elth.* 79. t. 67. f. 78.

LOC: Virginia, Noveboracum, Sibiria. *Perennis, cicur.*

PHARM: ACTÆÆ Radix, *Essentia.*

QUAL: tetra foetida, venenata. *Cauta, inusitata, heroica.*

VIS: pellens, sudorifera, anodyna, repellens.

USUS: Asthenia virginica.

COMP.

277. ACTÆÆ *bujus defectu* spicata nostras substitui potest.

278. CHELIDONIUM *majus* pedunculis umbellatis.*Fl. suec.* 465. *Sp. pl.* 723.Chelidonium majus vulgare. *Baub. pin.* 144.LOC: Europæ ruderata, *Perennis, vulgaris.*

PHARM: CHELIDONII MAJORIS Radix, Herba, ▽.

QUAL: fuccus luteus, amarus, acris, deurens.

Rarior, præstans.

VIS: diuretica, diaphoretica.
QUAL: fragrans, aromatica. *Eximia, insueta.*
 VIS: alexiteria, cordialis, stomachica, anthelminthica.
 USUS: Debilitas, Hæmorrhagia.
 COMP. ‡ diarhodon, Andromach, Mithridat, Philonium,
 Benedicta, *Hiera* picra, *Trochisf.* hedycroi, *Ungu.* mar-
 tium, *Ungu.* nardinum.

514. VERATRUM *album* racemo supradecomposito,
 corollis erectis. *Sp. pl.* 1479.

Helleborus albus flore subviridi. *Baub. pin.* 186.
 Loc: Russia, Sibiria, Austria, Helvetia, Italia, Græ-
 cia in montosis. *Perennis, cicur.*

PHARM: HELLEBORI ALBI Radix Gr. vij.

QUAL: acris, nauseosa. *Exoleta, cauta.*

VIS: drastica, emetica, sternutatoria!

USUS: Scabies, Phthiriasis, Quartana, Cophosis, Epilepsia,
 Mania.

COMP.

515. PARIETARIA *officinalis* foliis lanceolato-ovatis,
 pedunculis dichotomis, calycibus diphyllis. *Hort.*
cliff. 469. *Sp. pl.* 1492.

Parietaria officinarum & dioscoridis. *Baub. pin.* 121.

Loc: Europæ australioris muri, rudarata.

Perennis, cicur.

PHARM: PARIETARIÆ Herba.

QUAL: aquoso-insipida.

VIS: emolliens, diuretica, obtundens.

USUS: Hydrops, Calculus, Tabes, Tussis, Stranguria.

COMP. *Herbæ* V. emollientes; *Syr.* althææ; *Enemata.*

516. ATRIPLEX *hortensis* caule erecto herbaceo, foliis
 triangularibus. *Hort. cliff.* 469 *upf.* 303. *Sp. pl.* 1493.

Artiplex hortensis rubra. *Baub. pin.* 119.

Loc: Sibiria.

Annua, cicur.

PHARM: ATRIPLICIS SATIVÆ Herba, Semina.

QUAL.

QUAL: aquosa, oleracea, insipida.

Exoleta, infida, superflua.

VIS: diluens, humectans, refrigerans. *Sem.* purgans, emetica.

USUS: Phlogistici. *Sem.* Rhachitis.

COMP: ☿ gutteta.

§ 17. MIMOSA *nilotica* spinis stipularibus patentibus, foliis bipinnatis: partialibus extimis glandula interstinctis, spicis globosis pedunculatis. *Sp. pl.* 1506. *Hasselq. it.* 475.

Acacia vera. *Baub. hist.* 1. p. 429. *Vesl. agypt.* t. 8. *Pluk. alm.* 3. t. 123. f. 1.

LOC: Arabia petræa, Ægyptus. *Arbor, fera.*

PHARM: ACACIÆ VERÆ succus.

ARABICUM Gummi.

QUAL: *Succ.* styptica. *Gum.* mucilaginoso, flavescens, insipida. *Usitata, præstans.*

VIS: *Succ.* adstringens. *Gum.* inviscans, lubricans, nutriens, maturans.

USUS: *Succ.* Hæmoptysis, Menorrhagia, Prolapsus. *Gum.* Ophthalmia.

COMP. *Succ.* Andromach. *Troch.* carabe.

Gum. Mithridat. *Troch.* carabe; *Loh.* fanum.

§ 18. MIMOSA *Senegal* spinis ternis: intermedia reflexa, foliis bipinnatis, floribus spicatis. *Sp. pl.* 1506. *Acacia.* *Baub. pin.* 392. *Alp. agypt.* 9. t. 15. *Pluk. phyt.* 251. f. 1.

LOC: Arabia. *Arbor, fera.*

PHARM: SENEGAL Gummi.

QUAL: præcedentis, præstantior. *Usitata, præstans.*

VIS: præcedentis.

USUS: præcedentis.

COMP.

DIOECIA.

519. FRAXINUS *excelsior* foliis ferratis, floribus apetalis. *Fl. suec.* 926. *Sp. pl.* 1509.

Fraxinus excelsior. *Baub. pin.* 416.

LOC: Europæ prata.

Arbor, vulgaris.

PHARM: FRAXINI Lignum, Θ , Cortex, Folia, Semina (Lingua avis).

QUAL: *Cort.* amara; *Sem.* aromatica, singularis. *Usitata.*

VIS: adstringens; *Sem.* ficans; *Sal.* diuretica.

USUS: Hæmorrhagia, Tertianæ, *Sem.* Obesitas.

COMP. *El.* diafatyr.

520. FRAXINUS *Ornus* foliis ferratis, floribus corollatis. *Sp. pl.* 1510.

Fraxinus humilior f. altera theophrasti. *Baub. pin.* 416.

LOC: Calabaria, Sicilia.

Arbor, mansueta.

PHARM: MANNA CALABRINA $\frac{3}{4}$ ss. granulata, tabulata, *Morsule.*

QUAL: mellea, granulata, rubicunda, subdiaphana, dulcis.

Trita, eximia.

VIS: eccoprotica! obtundens, thoracica.

USUS: Asthma humorale.

COMP. laxans debiliū.

521. PANAX *quinquefolium* foliis ternis quinatis. *Sp. pl.* 1512.

Aureliana canadensis, Sinensibus Ginseng. *Last. gins.*

L. Trem. ebret. t. 6. f. 1.

LOC: Canada, Tartaria, inter gr. 39-47.

Perennis, mansueta.

PHARM: GINSENG Radix $\mathcal{D}$ j.

QUAL: aromatica.

Rarior, pretiosa.

VIS: cordialis, analeptica.

USUS: Atecnia, Debilitas, Marasmus.

COMP.

TRIO.

TRIOECIA.

522. CERATONIA *Siliqua*. *Hort. upl.* 296. *Sp. pl.* 1513.*Siliqua edulis. Bauh. pin.* 400.LOC: Judæa, Syria, Apulia, Sicilia. *Arbor, mansueta.*

PHARM: DULCIS SILIQUA.

QUAL: dulcis, sicca.

Rarior, præstans.

VIS: edulcorans, expectorans.

USUS: Soda, Raucedo, Asthma, Tussis, Ophthalmia.

COMP. *Syr.* diacodii cum filiquis. *Decoct.* infantum.523. FICUS *Carica* foliis palmatis. *Hort. cliff.* 471.
upl. 305. *Sp. pl.* 1513.*Ficus communis. Bauh. pin.* 457.

LOC: Græcia, Hispania, Italia.

Arbor, mansueta.

PHARM: CARICÆ pingues.

QUAL: dulcis, mucilaginosus, lactescens.

Trita, eximia.

VIS: nutiens, impinguans, obtundens, lubricans, emolliens, hepatica! diuretica, eccoprotica, exanthematica.

USUS: Tussis, Colica saturnina! Exanthemata, Bubo, Anthrax, Dystocia, Ompatio; *nocet* Scabiosis & gingivis ulcerosis.

COMP: Enemata.



CRYPTOGAMIA

FILICES.

524. *CYCAS circinalis* frondibus pinnatis: foliolis linearibus planis. *Sp. pl.* 1658. *Mant pl.* 2. p. 305.

Todda panna. *Rheed. mal.* 3. p. 9. t. 13-21.

LOC: Malabaria, Amboina, Japonia. *Arbor, fera.*

PHARM: SAGU (Fæces granulata) Granula.

QUAL: medullaris substantia arboris. *Culinaris, ravior.*

VIS: farinaceo-glutinosa.

USUS: nutriens.

COMP. Cibus.

525. *EQUISETUM arvense* scapo fructificante nudo, sterili frondoso. *Fl. suec.* 928. *Sp. pl.* 1516.

Equisetum arvense longioribus setis. *Baub. pin.* 16.

LOC: Europæ prata agrique. *Perennis, frequens.*

PHARM: EQUISETI Herba.

QUAL: sicca.

Exoleta, eximia.

VIS: adstringens! diuretica!

USUS: Hæmaturia! Gonorrhœa benigna, Profluvia, Phthisis.

COMP.

526. *ASPLENIUM Scolopendrium* frondibus simplicibus cordato-lingulatis integerrimis, stipitibus hirsutis. *Fl. suec.* 941. *Sp. pl.* 1537.

Lingua cervina officinarum. *Baub. pin.* 353.

LOC: Germania, Gallia, Italia. *Perennis, cicur.*

PHARM: SCOLOPENDRII Herba.

QUAL: sicca.

Ravior.

VIS: exsiccans.

USUS: Hæmoptysis, Hysteria, Palpitatio, Rachitis, Cachexia.

COMP:

527. *ASPLENIUM Ceterach* frondibus pinnatifidis: lobis alternis confluentibus obtusis. *Hort. cliff.* 474. *Sp. pl.* 1538.

Ceterach officinarum. *Baub. pin.* 354.

LOC: Italia, Wallia.

Perennis, mansueta.

PHARM: CETERACH Herba.

QUAL: sicca.

Rarior.

VIS: exsiccans, tonica, splenica.

USUS: Hydrops, Asthma, Obstructiones viscerum.

COMP.

528. *ASPLENIUM Trichomanes* frondibus pinnatis: pinnis subrotundis crenatis. *Fl. suec.* 942. *Sp. pl.* 1540.

Trichomanes f. *Polytrichum officinarum.* *Bauh. pin.* 356.

LOC: Europæ rupes.

Perennis, vulgaris.

PHARM: TRICHOMANIS Herba.

QUAL: sicca.

Rarior.

VIS: exsiccans, subadstringens, pectoralis.

USUS:

COMP:

529. *ASPLENIUM Ruta muraria* frondibus alternatim decompositis: foliolis cuneiformibus crenulatis. *Fl. suec.* 943. *Sp. pl.* 1541.

Ruta muraria. *Bauh. pin.* 356.

LOC: Europa; Sueciæ Gotlandia, Holmia.

Perennis, infrequens.

PHARM: RUTÆ MURARIÆ Herba.

QUAL: sicca.

Rarior.

VIS: exsiccans, roborans.

USUS: Cachexia, Scorbutus, Rachitis.

COMP.

530. **POLYPODIUM** *vulgare* frondibus pinnatifidis: pinnis oblongis subferratis obtusis, radice squamata. *Fl. suec.* 944. *Sp. pl.* 1544.

Polypodium vulgare. *Baub. pin.* 359.

LOC: Europæ rupes.

Perennis, frequens.

PHARM: POLYPODII Radix, ℥ij.

QUAL: dulcis, subnauseosa, tandem amara. *Trita, præstans.*

VIS: edulcorans, incrassans, expectorans, eccoprotica.

USUS: Colica, Arthritis, Rachitis!

COMP. *Decocta* composita.

531. **POLYPODIUM** *Filix mas* frondibus bipinnatis: pinnis obtusis crenulatis, stipite paleaceo. *Fl. suec.* 946. *Sp. pl.* 1551.

Filix non ramosa dentata. *Baub. pin.* 358.

LOC: Europæ sylvæ.

Perennis, vulgaris.

PHARM: FILICIS Radix.

QUAL: amarulenta.

Usitata.

VIS: anthelminthica, tonica!

USUS: Scorbutus, Rachitis, Melancholia? Tænia, Podagra.

COMP. *Decocta.*

532. **ADIANTUM** *Capillus veneris* frondibus decompositis, foliolis alternis: pinnis cuneiformibus lobatis pedicellatis. *Hud. angl.* 391. *Sp. pl.* 1558.

Adiantum foliis coriandri. *Baub. pin.* 355.

LOC: Italia, Gallia.

Perennis, mansueta.

PHARM: CAPILLI VENERIS Herba, *Syrupus.*

QUAL: sicca.

Rarior.

VIS: corroborans, exsiccans, splenitica, diuretica.

USUS: Obstructio viscerum.

COMP: *Syr. althææ; Loh. pulm. vulp.*

MUSCI.

533. *LYCOPODIUM clavatum* foliis sparsis filamentosis, spicis teretibus pedunculatis geminis. *Fl. suec.* 956. *Sp. pl.* 1564.

Muscus terrestris clavatus. *Baub. pin.* 360.

LOC: Europæ sylvæ acerosæ. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: MUSCI CLAVATI Herba, Farina (Pollen).

QUAL: *Exoleta.*

VIS: exsiccans.

USUS: Dystocia? Plica, Ecclampsia.

COMP.

534. *LYCOPODIUM Selago* foliis sparsis octofariis, caule dichotomo erecto fastigiato, floribus sparsis. *Fl. suec.* 955. *Sp. pl.* 1565.

Muscus erectus ramosus saturate viridis. *Baub. pin.* 360. *Dill. musc.* 435. *t.* 56. *f.* 1.

LOC: Europæ junipereta. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: MUSCI ERECTI Herba.

QUAL: virulenta. *Exoleta, heroica.*

VIS: drastica, abortiva, phthiriaca.

USUS: Hydrops, Pediculi.

COMP.

535. *POLYTRICHUM commune* caule simplici, anthera parallelepipedæ. *Fl. suec.* 966. *Sp. pl.* 1573.

Polytrichum aureum medium. *Baub. pin.* 356. *Dill. musc.* 424. *t.* 54. *f.* 2.

LOC: Europæ arida. *Perennis, vulgaris.*

PHARM: ADIANTHI AUREI Herba.

QUAL: cruda. *Exoleta, inutilis.*

VIS:

USUS: Pleuritis?

COMP:

ALGÆ.

536. LICHEN *saxatilis* imbricatus, foliolis sinuatis scabris lacunosis, scutellis badiis. *Fl. suec.* 1015.
Sp. pl. 1609.

Lichenoides vulgatissimum cinereo-glaucum lacunofum & cirrhosum. *Dill. musc.* 188. t. 24. f. 83.

LOC: in arborum truncis; selectus? in Cranio humano?

PHARM: USNÆ Herba.

Parasitica.

QUAL:

Exoleta, inutilis.

VIS: superstitiosa.

USUS: Epilepsia? Hæmorrhagia?

COMP: *Ungu.* armarium.

537. LICHEN *islandicus* foliaceus adscendens lacinia-
 tus: marginibus elevatis ciliatis. *Fl. suec.* 1085.
Sp. pl. 1611.

Muscus islandicus purgans. *Barth. act.* 1674. p. 126.

LOC: Europæ sylvæ sterilissimæ.

Terrestis.

PHARM: MUSCI ISLANDICI Herba.

QUAL: farinacea.

Rarior.

VIS: eccoprotica, nutriens.

USUS: Hæctica.

COMP:

538. LICHEN *pulmonarius* foliaceus laciniatus obtu-
 sus glaber: supra lacunofus, subtus tomentosus.
Fl. suec. 1087. *Sp. pl.* 1612.

Lichenoides pulmonarium reticulatum vulgare, mar-
 ginibus peltiferis. *Dill. musc.* 212. t. 19. f. 113.

LOC: Quercus Fagique antiquæ.

Parasitica.

PHARM: PULMONARIÆ ARBOREÆ Herba.

QUAL: cruda.

Trita, præstans.

VIS: thoracica.

USUS: Icterus, Tussis.

COMP:

539. LI.

537. MUSCUS ISLANDICUS officinalis apud nos non est, tamen a
 magnis copiose adhibetur pro cibo & medicina.

539. LICHEN *apthosus* coriaceus repens lobatus obtusus planus verrucis sparsis, pelta marginali adscendente. *Fl. suec.* 1098. *Sp. pl.* 1616.

Lichenoides subglaucum cumatile, foliis tenacibus eleganter laciniatis. *Dill. musc.* 197. *t.* 26. *f.* 99.

LOC: Europæ junipereta.

Vulgaris.

PHARM: MUSCI CUMATILIS Herba.

QUAL: tetra, mephitica.

Insueta.

VIS: drastica.

USUS: Aphtha, Vermes.

COMP:

540. LICHEN *caninus* coriaceus repens lobatus obtusus planus: subtus venosus villosus, pelta marginali adscendente. *Fl. suec.* 1100. *Sp. pl.* 1616.

Lichenoides digitatum cinereum, lactucæ foliis sinuosis. *Dill. musc.* 200. *t.* 27. *f.* 102.

LOC: sylvæ acerosæ lapidesque.

Vulgaris.

PHARM: MUSCI CANINI Herba.

QUAL: tetra, mephitica.

Insueta.

VIS: mundificans, pellens.

USUS: Hydrophobia! Rabies!

COMP: *Pulv.* antilyffus Æjv.

541. LICHEN *cocciferus* scyphifer simplex integerrimus, stipite cylindrico, tuberculis coccineis. *Fl. suec.* 1109. *Sp. pl.* 1618.

Lichen pyxidatus, oris coccineis & tumentibus.

Vaill. parif. 115. *t.* 21. *f.* 4.

LOC: Europæ sylvæ.

Vulgaris.

PHARM: MUSCI PYXIDATI Herba.

QUAL: ficca.

Rarior.

VIS:

USUS: Tussis convulsiva.

COMP.

539. *Nec hic muscus nobis officinalis, sed rusticis nostratibus usitatissimus.*

540. *Nondum officinas nostras intravit.*

542. **LICHEN** *plicatus* filamentosus pendulus: ramis implexis, scutellis radiatis. *Fl. suec.* 1122. *Sp. pl.* 1622.

Usnea vulgaris, loris longis implexis. *Dill. musc.* 56.
t. 11. f. 1.

LOC: Europæ sylvæ antiquæ. *Parasiticus.*

PHARM: MUSCI ARBOREI (QUERCINI) Herba.

QUAL: sicca. *Exoleta.*

VIS: adstringens.

USUS: Excoriatura, Hæmorrhagia, Hernia umbilicalis.

COMP.

F U N G I.

543. **BOLETUS** *Pini Laricis.*

Agaricus f. *Fungus laricis.* *Baub. pin.* 375.

LOC: Alpium Tridentinarum, Tyroli, Helvetiæ,
Delphinatus Larices. *Peregrinus.*

PHARM: AGARICI OPTIMI ʒβ, Resina (Extractum) ʒij.

QUAL: subdulcis, mox amara, acris, nauseosa. *Trita, eximia.*

VIS: subadstringens, eccoprotica! flatulenta, calefaciens,
anthelminthica.

USUS: Tussis.

COMP. *Pil.* agarici; *Troch.* agarici ʒij; *Hiera* picra; *Extr.*
cathol; *Extr.* panchymagog; *Andromach*; *Mithridat*;
Conf. hamech; (non pulvere).

544. **PEZIZA** *Auricula* concava rugosa auriformis.

Syst. nat. 12. p. 725. *Fl. suec.* 1137. *Sp. pl.* 1625.

Fungus membranaceus auriculam referens f. sambucinus. *Baub. pin.* 372.

LOC: Ligna antiqua præsertim sambucina. *Infrequens.*

PHARM: AURICULÆ JUDÆ.

QUAL:

QUAL:

Trita, eximia.

VIS: refrigerans, exsiccans, adstringens.

USUS: Ophthalmia, Inflammatio, Angina.

COMP.

545. LYCOPERDON *Tuber* globosum solidum muricatum radice destitutum. *Fl. suec.* 1281. *Sp. pl.* 1655.

Tubera cervina. *Bauh. pin.* 376.

LOC: Europæ sylvæ densæ.

Subterrestris.

PHARM: BOLETI CERVINI.

QUAL: hircina.

Exoleta, dubia.

VIS: aphrodisiaca, flatulenta.

USUS: Atecnia.

COMP. *Bals.* apoplecticus.

546. LYCOPERDON *Bovista* subrotundum lacerato-dehiscens. *Fl. lapp.* 525. *suec.* 1280. *Sp. pl.* 1653.

Fungus rotundus orbicularis. *Bauh. pin.* 374.

LOC: Europæ campi sicciores.

Vulgatissimus.

PHARM: CREPITUS LUPI.

QUAL: farinosa, styptica, nigricans.

Trita, eximia.

VIS: adstringens, obstipans, absorbens, incrassans, gastritica, ophthalmitica.

USUS: Amputatura, Hæmorrhagia! Hæmorrhoids! Ulcera; Intertrigo.

COMP.



A P P E N D I X

P A L M Æ.

547. PHOENIX *dactylifera* frondibus pinnatis, foliolis complicatis ensiformibus. *Sp. pl.* 1658.

Palma hortensis. *Kempf. amæn.* 668. t. 1. 2.

LOC: India utraque. *Arbor, fera.*

PHARM: DACTYLI Fructus, Ossa (Nuclei *potius*).

QUAL: vinoso-dulcis, subpinguis. *Exoleta.*

VIS: nutriens, corroborans, edulcorans, expectorans.

USUS: Tussis, Raucedo, Stranguria.

COMP:

548. ARECA *Catechu* frondibus pinnatis, foliolis replicatis oppositis præmorsis. *Fl. zeyl.* 392. *Sp. pl.* 1659.

Caunga. *Rheed. mal.* 1. p. 9. t. 5-8.

LOC: Malabaria, Zeylona. *Arbor, peregrina.*

PHARM: CATECHU Terra (japonica dicta) ʒiij,
Tinctura.

QUAL: gummoso-resinosa, obscure ruffa, inodora, subamara
postea dulcior, styptica. *Trita, eximia.*

VIS: adstringens.

USUS: Profluvia, Diarrhœa, Coryza, Stomacace.

COMP: *Troch.* cathecu cum moscho, sine moscho.

FRUCTUS.

549. MYRISTICA.

Nux Moschata fructu rotundo. *Baub. pin.* 407. *Pluk. alm.* 265. t. 209. f. 1.

LOC: Moluccæ, præsertim Banda. *Arbor, peregrina.*

PHARM: MOSCHATÆ (MYRISTICÆ) Nux,
Condita, ∇, ○, ⊙, *Balsamus.*

MACIS optimi *Essentia*, ∇, ○, ⊙.

QUAL: styptica, fragrans subaromatica. *Trita, eximia.*

VIS: hypnotica, stomachica, carminativa, obstipans, ophthalmica.

USUS: Colica, Diarrhœa.

COMP.

COMP. *El.* diafatyrio; Diaphœnic; Orvietanum; Benedi-
cta; *Empl.* stomachale; *Spir.* embryon; *Bals.* apoplect.

550. MYROBALANUS. *Geoffr. mat.* 327. *Dal. pharm.* 334.
Panel. *Rheed. mal.* 2. t. 9. *Decandra.*

LOC: India orientalis. *Arbor, peregrina.*

PHARM: α MYROBALANI INDIAE Fructus.

β MYROBALANI BELLIRICÆ Fructus.

γ MYROBALANI CITRINÆ Fructus.

QUAL: *Drupa* oblonga f. rotunda, styptica. *Exoleta.*

VIS: adstringens, eccoprotica.

USUS:

COMP. Hamech.

551. CHEBULA. *Dal. pharm.* 334. *Geoffr. mat.* 328.
Myrobalanus Chebula. *Vesl. egypt.* 67. t. 62.

LOC: India orientalis. *Arbor, peregrina.*

PHARM: MYROBALANI CHEBULÆ Fructus.

QUAL: *Drupa* angularis, rugosa, nucleo carnosso, subacri.
Exoleta.

VIS: adstringens, eccoprotica.

USUS:

COMP. Hamech.

552. CUBEBA (Piperis species).

Cubebe vulgaris. *Baub. pin.* 412.

Barbara.

LOC: Java.

PHARM: CUBEBAE Fructus, ♂♂.

QUAL: acris, sialagoga.

VIS: calefaciens, carminativa.

USUS: Vertigo, Morosis.

COMP.

553. SABADILLA. (an Veratri affinis?)

LOC: Mexico.

PHARM: SABADILLI Semina.

QUAL: acris, amara, caustica.

VIS: draistica, vomitaria, phthiriaca, toxica.

USUS: Pediculi.

COMP.

554. FABA febrifuga. *Geoffr. mat.* 458. (an *Strychni* species?)

Cucurbitifera malabathri folio, scandens. *Pluk. mant.*

LOC: Philippinæ.

Peregrina.

PHARM: IGNATII Faba.

QUAL: amarissima.

Rarior, heroica.

VIS: pellens, diuretica, fudorifera, emmenagoga, anthelminthica.

USUS: Febres Exanthematicæ, Intermittentes, Soporosi, Asthma, Ecclampsia.

COMP.

RESINÆ.

555. PERUIFERA. (SECURIDACÆ an species?)

Cabureiba. *Pis. bras.* 57. 119. *Hioitziloxitl. Hern. mex.* 51.

LOC: Peru, Mexico, Brasilia.

Arbor, peregrina.

PHARM: PERUVIANUM Balsamum Gr. viij.

QUAL: tenax, flavescens, amaro-acris, suaveolens.

Trita, præstans.

VIS: vulneraria, emmenagoga.

USUS: Asthma, Phthisis.

COMP.

556. AMMONIACUM.

Barbara. *Umbellata.*

LOC: Lybia, Barca Ægypti occidentalis.

PHARM: AMMONIACI Gummi-resina.

QUAL: amaricans, alliata.

Trita, eximia.

VIS: resolvens, emmenagoga, diaphoretica, diuretica, ecoprotica.

USUS: Hysteria, Asthma! Obstipatio! Stranguria.

COMP.

557. CARANNA. *Dal. pharm.* 354. *Geoff. mat.* 530.

Flahveliloca Quahvitl. *Hern. mex.* 56.

LOC: Mexico.

PHARM: CARANNÆ Gummi-resina, $\circ\circ$.

QUAL.

QUAL: tenax, cinereo-nigricans, subamaricans, fumo grato.

Exoleta.

VIS: resolvens, stomachica.

USUS: Dolores, Odontalgia, Arthritis.

COMP. Emplastra.

558. MYRRHA. *Dal. pharm. 355. Geoffr. mat. 635.*
Barbara. (an Myrrha umbellata. *Mitch. E. N. C.*
VIII. app. 217?)

LOC: Regio Troglodytarum Africae.

PHARM: MYRRHÆ Gummi-resina Θj, ℞, 3β, 〇〇.
Deliquium.

QUAL: ruffa, amara, subacris, aromatica, nauseosa, graveolens.

Trita, eximia.

VIS: balsamica, tonica, anthelminthica, antiputredinosa, stomachica, emmenagoga.

USUS: Gangræna, Ulcus, Scorbutus, Cachexia.

COMP. *Troch.* myrrhæ; Andromach; Mithridat; Philonium;
Diateffarum; *Conf.* hyacinth; *Pil.* ruffi; *Pil.* agaricæ; *Pil.*
catholicæ; *Elix.* proprietatis; *Ungu.* martiatum; *Ungu.*
apostolorum; *Empl.* melliloti; *Empl.* oxycroceum.

559. BDELLIUM. *Dal. pharm. 381. Geoffr. mat. 622.*
Palma (non *Pluk. phyt. 145*).

LOC: Arabia, Media, India.

PHARM: BDELLII Gummi-resina, 〇〇.

QUAL: rubens, subamara, flamma crepitans, ore mollescens,
dentibus adhærens.

VIS: vulneraria, resolvens, emolliens, thoracica, emmenagoga.

USUS: Hæmorrhoids.

COMP. Mithridat; *Ungu.* apostolorum.

560. SAGAPENUM. *Dal. pharm. 130. Geoffr. mat. 643.*
Barbara, *forte* umbellata.

LOC: Alexandria, Persia.

PHARM: SAGAPENI Gummi-resina.

QUAL.

QUAL: virofa, acris, rufescens.

Rarior.

VIS: eccoprotica, pellens, emmenagoga! repellens.

USUS: Obstipatio, Asthma.

COMP. Andromach; Mithridat; *Troch.* myrrhæ; *Empl.* sticticum; *Empl.* diachyl. gumm.

MISCELLANÆ.

561. AGALLOCHUM. *Geoffr. mat.* 213. *Rumph. amb.* 2. t. 9. (Ficus species).

Lignum aloës. *Dal. pharm.* 380. Kiffina. *Kämpf. a-mæn.* 903. *Barbava.*

LOC: China.

Arbor, peregrina.

PHARM: ALOES Lignum ʒj. Resina, ʒj.

QUAL: lactescens, meditullium trunci amarissimum. *Rarior.*

VIS: venenatissima, excorians, inebrians, anthelminthica.

USUS: Cholera, Paralyfis, Podagra.

COMP. *Troch.* hedycroc; *Conf.* Alkerm.

562. ASPALATHUM. *Dal. pharm.* 379.

Agallochum præstantissimum. *Baub. pin.* 393. Calambac. *Dal. pharm.* 380. *Barbava.*

LOC: India orientalis.

PHARM: ASPALATHI Lignum.

QUAL:

Trita, eximia.

VIS:

USUS: Colica.

COMP.

563. FERNAMBUCÆA.

Brasiliano simile lignum, Vernimbock germanis dictum. *Baub. hist.* 1. p. 492.

LOC: Brasilia.

PHARM: FERNAMBUCI Lignum.

QUAL: rubrum.

VIS: tinctorium.

USUS: mechanicus.

COMP.

RE-

REGNUM
LAPIDEUM.

REV. J. J. J.

LIBRARY



CLASSIS I.

P E T R Æ

HUMOSÆ.

1. SCHISTUS *Nigrica* scriptura atra, ater inquinans.

Syst. Nat. 12. p. 38.

Fissilis mollior friabilis pictorius. *Wall. min.* 67.

LOC: Hunneberg Westrogothiæ.

PHARM: NIGRICA FABRILIS communis.

VIS: terrestris.

USUS: mechanicus.

COMP.

CALCARIÆ.

2. MARMOR *rude* particulis granulatis micantibus.

S. N. 41.

Callarius particulis scintillantibus. *Wall. min.* 39.

LOC: Rupes in variis provinciis Sueciæ.

PHARM: CALX VIVA, *Cota, Aqua.*

VIS: effervescens cum acido. *Ustilata* effervescens cum aqua, antacida, corrosiva, venenata.

USUS: *externus* Ulcera.

COMP.

3. GYPSUM *usuale* particulis arenaceis micantibus.

S. N. 45.

Gypsum particulis parallelepipedis & globosis concretum. *Wall. min.* 57.

LOC: Polonia, Gallia, Livonia.

PHARM: GYPSUM *præparatum.*

VIS: abforbens, antacida.

USUS: interne venenatus.

COMP:

4. GY-

4. GYPSUM *Alabastrum* particulis impalpabilibus, diaphanum. *S. N.* 45.

Gypsum particulis minimis punctis nitens, polituram admittens. *Wall. min.* 51.

LOC: Extra Sueciam.

PHARM: ALABASTRUM *præparatum*.

VIS: absorbens.

USUS: antecedentis.

COMP. *Ungu.* Alabastrinum.

5. STIRIUM *gypseum* pellucidum fixum fibrosum. *S. N.* 47.

Gypsum filamentis parallellis compositum. *Wall. min.* 49.

LOC: in Schisto Oelandiæ, Westgothiæ.

PHARM: ALUMEN SCISSILE.

VIS: Alabastri.

USUS:

COMP.

ARGILLACEÆ.

6. TALCUM *Rubrica* subfissile rubrum inquinans. *S. N.* 51.

Ochra rubra cretacea. *Wall. min.* 266.

LOC: in Marmore & Cote inter rimas per Dalekarliam.

PHARM: RUBRICA FABRILIS.

VIS: adstringens.

USUS: mechanicus.

COMP.

7. TALCUM *Smectis* ungue rasile, albo inquinans. *S. N.* 52.

Talcum solidum semipellucidum pictorium. *Wall. min.* 129.

LOC: Garpenberg.

PHARM: TALCUM VIRIDE.

VIS.

VIS:

USUS: pictorius.

COMP.

8. TALCUM *Nephriticus* præpoliendum viride subdiaphanum, particulis subfibrosis. *S. N.* 53.

Gypsum viride semipellucidum fissile. *Wall. min.* 52.

LOC: Hispania, Bohemia.

PHARM: LAPIS NEPHRITICUS *præparatus*.

VIS: dubia, stomachica?

USUS: Nephritis?

COMP:

9. AMIANTUS *plumosus* fibrosus, fibris separabilibus flexilibus fragilibus pappotis. *S. N.* 55.

Asbestus fibris paralellis fragilissimis vix separabilibus. *Wall. min.* 144.

LOC: Fahluna, Dannemora.

PHARM: ALUMEN PLUMOSUM.

VIS: interne venenata. *Externe* irritans.

USUS: *externe* Paralysis.

COMP.

10. MICA *talcosa* lamellis flexuosis friabilibus virescenti - albidis diaphanis. *S. N.* 59.

Talcum albicans, lamellis subpellucidis. *Wall. min.* 127.

LOC: Venetiæ.

PHARM: TALCUM ALBUM.

VIS: cosmetica.

USUS:

COMP.

ARENATÆ.

11. SILEX *cretaceus* vagus, cortice cretaceo, fragmentis opacis lævibus. *S. N.* 67.

Silex corneus intrinsece æqualis, durissimus. *Wall. min.* 77.

LOC: Scania.

PHARM: SILEX *combustus*.

VIS: irrefolubilis.

Frustranea.

USUS: infidus.

COMP. Fel vitri.

12. SILEX *Carneolus* vagus diaphanus unicolor ruber. *S. N.* 69.

Achates fere pellucida colore rubescente. *Wall. min.* 79.


LOC: Sardinia.

PHARM: LAPIS CARNEOLUS, *præparatus*.

VIS: antecedentis.

USUS: antecedentis.

COMP.



CLASSIS II.

MINERÆ

SALIA.

13. NITRUM *nativum* humosum. S. N. 84.Nitrum terra mineralisatum. *Wall. min.* 165.

LOC: ubique in locis tectis.

PHARM: NITRUM COMMUNE. Depuratum s. crystalli minerales. *Spiritus acidus, dulcis. Magnesia alba. Lapis prunellæ. Fixi Liquor. Antimoniatum. Arcanum duplicat.*

VIS: acida essentialis, refrigerans, resolvens, eccoprotica, antispasmodica, sphacelizans.

USUS: Febres phlogisticæ, Inflammatio, Hydrops, Asthma, Sitis, Stranguria, Hæmorrhagia.

COMP: *Spec. pro ptisana laxativa Duriæti; Lapis medicinalis; Antihecticum Poterii.*14. NITRUM *Crystallus montana* lapidosum quartzosum octodecaëdrum hyalinum. S. N. 84.Crystallus hexagona non colorata. *Wall. min.* 104.

LOC: in Saxis concavis.

PHARM: LAPIS CRYSTALLUS *præparata.*

VIS: Frustranea, noxia.

USUS: noxius.

COMP. *Pulv. Lac provocans?*15. NITRUM *Fluor* lapidosum quartzosum octodecaëdrum coloratum. S. N. 85.α *Hyacinthus* purpureo - fulvum.Gemma plus minus pellucida, duritiæ nona, colore ex flavo rubescente, igne liquefcens. *Wall. min.*

p. 121. n. 1.

LOC: India.

PHARM: HYACINTHUS ORIENTALIS *præparatus*.

VIS:

USUS:

COMP. *Pulv. Bezoard. Sennerti*; de Gutteta; Pannon. ruber. *Spec. cordiales temperatæ*; de Hyacintho; Smaragd.

β *Amethystus* violaceum.

Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore rubro in igne permanente. *Wall. min. 115. n. 1.*

LOC: Hispania, Italia, Germania.

PHARM: AMETHYSTUS ORIENTALIS *præparatus*.

VIS:

USUS:

COMP.

16. NATRUM *fontanum* *) nudum fontanum saturatum. S. N. 89.

LOC: Epsham, Seidlitz, totus Oceanus **).

PHARM: SAL ANGLICUM.

VIS: purgans, antacida, mundificans.

USUS: Cachexia, Quartana.

COMP.

17. NATRUM *glaciale* lapidosum gypseo - spatiosum fusiforme pellucidum. S. N. 90.

Gypsum

*) Natri figuram perfecte imitantur SAL MIRABILE Glaub. & POLYCHRESTUM PARISIENSE; cum autem prius a parte alkalina Salis comm. Ol. Vitrioli juncta, & posterius ab Alkali Nitri & Acido Sulphuris componantur, hæc ordini Systematico inferere, ut artificialia, noluimus.

**) „SAL ANGLICANUM obtineri potest ab omni Aqua marina, & non est artificiale sed naturale Sal; videtur quam proxime accedere ad naturam Salis mirabilis Glaub. Hinc Malouin contendit, Sal Anglicanum esse compositum ex Sale mirabili & Sale communi; ac id ipsum in Gavi obtineri æque ac in Anglia. Ab aqua marina Boibnica obtineri compertum est. „ J. G. W.

Gypsum lamellis rhomboidalibus pellucidum. *Wall. min.* 47.

LOC: Fodinæ gypseæ Galliæ.

PHARM: LAPIS SPECULARIS seu GLACIES
MARIÆ.

VIS: absorbens.

USUS: mechanicus.

COMP:

18. BORAX *Tincal* nudus. *S. N.* 94.

Borax crudus cærulescens hexangularis. *Wall. min.* 191.

LOC: India orientalis.

PHARM: BORAX VENETA.

VIS: emmenagoga.

USUS: Dysmenorrhœa, Dyslochiae.

COMP. Sal fedativum *Homburgi*.

19. BORAX *Gemma nobilis* lapidosus prismaticus pellucidus; pyramidibus truncatis. *S. N.* 94.

α *Topazius* flavus.

Gemma pellucidissima, duritie quarta, colore aureo, in igne permanente. *Wall. min.* 113.

LOC: In Fodinis Metallicis.

PHARM: TOPASIVS *præparatus*.

VIS:

USUS:

COMP. *Species & Confectio* de Hyacintho.

β *Smaragdus* viridis.

Gemma pellucidissima, duritie quinta, colore viridi in igne non permanente. *Wall. min.* 114.

LOC: Peruvia.

PHARM: SMARAGDUS ORIENTALIS *præparatus*.

VIS: superstitiosa, infida.

USUS:

COMP. *Confect.* Smaragdi. *Specif.* cephalicum. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*; Pannon. ruber. *Spec.* de Hyacintho; cordiales temperatæ.

20. BORAX *Granatus* tessellatus solidus politus scintillans. S. N. 96.

Gemma plus minus pellucida, duritie octava, colore obscure rubro, in igne permanente. *Wall. min.* 120.

LOC: in Fodina novâ Cuprimontana Sueciæ.

PHARM: GRANATUS *præparatus*.

VIS: dubia.

USUS: infidus.

COMP:

21. MURIA *marina* nuda marina. S. N. 98.

Muria marinâ. *Wall. min.* 169.

LOC: Mare, præsertim regionum calidarum.

PHARM: SAL COMMUNE. *Spiritus acidus. dulcis* *).

VIS: stomachica, aphrodisiaca, calefaciens.

USUS: Stomacace *decrepitatum*. Perniones *℞*.

COMP.

22. MURIA *fontana* nuda fontana. S. N. 98.

Muria fontana. *Wall. min.* 180.

LOC: Fontes falsi passim per Europam.

PHARM: SAL COMMUNE.

VIS: præcedentis.

USUS: præcedentis.

COMP. præcedentis.

23. MURIA *montana* nuda fossilis. S. N. 98.

Muria fossilis pura. *Wall. min.* 168.

LOC: Polonia, Hungaria.

PHARM: SAL GEMMÆ.

VIS: antecedentis.

USUS: œconomicus.

COMP: *Elect.* Benediçt. laxativum. *Pulv.* ad supposito-
ria. *Ungu.* de Arthanita.

24. A-

*) Spiritus Salis dulcis cum charta emporctica caute applicatus, bir-
sutiem tollit & crines exstirpat, auctore Nobilissimo Viro, Dno
Archiatro ROSEN.

24. ALUMEN *commune* Schisti. S. N. 101.Alumen lapide fissili mineralisatum. *Wall. min.* 173.

LOC: Scania, Oelandia, Westrogothia.

PHARM: ALUMEN CRUDUM. *Ustum. Spiritus.*
Pblegma.

VIS: acida, coagulans, adstringens, sophisticans.

USUS: *extern.* Stomacace, Prolapsus, Sarcoma, Ulcus,
Hamorrhagia, Ophthalmia.COMP. *Lapis* medicamentosus, *Empl.* de Spermate Rana-
rum. *Tinct.* Gummi Laccæ. *Ungu.* Ægyptiacum. *Pulv.*
dentifricii.25. ALUMEN *romanum* Marmoris. S. N. 102.Alumen lapide calcario mineralisatum. *Wall. min.* 174.

LOC: Italia.

PHARM: ALUMEN ROCHÆ.

VIS: antecedentis.

USUS: rarior.

COMP.

26. ALUMEN *Gemma pretiosa* lapidosum pellucidif-
simum solidissimum. S. N. 102.α *Rubinus* rubrum.Gemma pellucidissima, duritie secunda, colore ru-
bro in igne permanente. *Wall. min.* 111.

LOC: Insula Zeylona.

PHARM: RUBINUS ORIENTALIS *preparatus.*

VIS:

USUS:

COMP. *Pulv.* Pannonicus ruber; Bezoard. *Sennerti.*β *Sapphirus* cæruleum.Gemma pellucidissima, duritie tertia, colore cæru-
leo in igne fugaci. *Wall. min.* 112.

LOC: Silesia, Bohemia.

PHARM: SAPPHIRUS ORIENTALIS *preparatus.*

VIS:

USUS:

COMP. *Spec.* Cordial. temperatæ; de Hyacintho. *Pulv.*
Pannon. ruber. *Confect.* Smaragdi; de Hyacintho.

27. VITRIOLUM *martis* ferri viride hexaëdram.
S. N. 104.

Vitriolum ferri viride nativum. *Wall. min.* 166.

LOC: passim in Pyritis & Fodinis ferri.

PHARM: VITRIOLUM MARTIS *) COMMUNE.

Tartarus vitriolatus Tachenii. Holmenfis.

°° ∩, Colcothar.

VIS: acida, coagulans, anthelminthica, vomitoria, adstringens.

USUS: Hæmorrhagia, Ulcus.

COMP. *Pilulæ* de gummatibus. *Pulv.* ad vermes.

28. VITRIOLUM *cyprium* cupri cæruleum dodecaëdron. S. N. 104. **)

Vitriolum cupri cæruleum nativum. *Wall. min.* 165.

LOC: e Cypro adportatur.

PHARM: VITRIOLUM CYPRIUM.

VIS: corrosiva, coagulans, cathæretica. *Externa.*

USUS: *extern.* Hæmorrhagia, Vulnus, Sarcoma.

COMP. Lapis medicamentosus. *Pulv.* sympath. Digb.

29. VITRIOLUM *album* zinci album dodecaëdram
prismaticum. S. N. 104.

Vitriolum zinci album nativum. *Wall. min.* 167.

LOC: Hercynia.

PHARM: VITRIOLUM ALBUM.

VIS.

*) Vitriolum Martis artificiale a Limat. Ferri & Ol. Vitrioli paratur, Solutione & Crystallisatione.

**) Vitriolo huic simillimæ crystalli, vel sic dicti Flores viridis æris, ab aceto & viridi æris conficiuntur, solutione & crystallisatione, colore saturato viridi gaudentes.

VIS: adstringens.

USUS: Ophthalmia.

COMP: *Empl* Diapalma; de Spermate Ranarum, Sticticum. Theriaca Andromachi.

30. VITRIOLUM plumbi album.

LOC: Sponte in Fodinis plumbi; *sed parcissime, hinc ars imitatur* *).

PHARM: SACCHARUM SATURNI.

VIS: exsiccans, obtundens.

USUS: Erysipelas, Ophthalmia, Ulcus, Gonorrhœa.

COMP. *Empl*. Opodeldoch; *Ungu*. Nihili.

SULPHURA.

31. AMBRA *ambrosiaca* grisea. S. N. 101. *Rumph. mus.* 262. t. 53. 54.

Ambra variegata. *Wall. min.* 204.

LOC: Mare, præsertim Indiæ orientalis.

PHARM: AMBRA GRISEA. *Essentia*.

VIS: ambrosiaca, nervina, analeptica, aphrodisiaca, excitans, a contagiis præservans.

USUS: Scabies, Debilitas, Hypochondriasis.

COMP. *Elix.* vitæ, *Balsam.* Apoplect. *Confect.* Alkermes compl. de Hyacintho; *Pulv.* Cachecticus; *Spec.* Aromat. rosatæ; Cordiales temperatæ; de Hyacintho; *Troch.* de Gall. Moschata; *Massa* ad fornacem.

32. AMBRA *vulgatior* unicolor fusco nigricans. *Syst. nat.* 107.

Ambra unicolor albescens, citrina, fusca s. nigra. *Wall. min.* 205.

LOC: præcedentis.

PHARM: AMBRA NIGRA.

Q 5

VIS:

*) A Calce Plumbi & Aceto destillato obtinetur, coctione & soluta argillificatione, Saccharum Saturni effusiale.

VIS: præcedentis, sed odore inferior.

USUS: præcedentis.

COMP: præcedentis.

33. SUCCINUM *electricum*. S. N. 108.

Succinum pellucidum aut opacum. *Wall. min.* 200.
201.

LOC: Mare Balticum.

PHARM: SUCCINUM ALBUM vel CARABE
CITRINUM. *præparat. Sal, Oleum, Balsam. Tin-
ctura.*

VIS: calefaciens, ficans, roborans, antihysterica! sudori-
fera, emmenagoga.

USUS: fumus in Catarrhis.

COMP. *Empl.* Diaphoret. Opodeldoch; Catagmaticum; Sti-
cticum. *Spec.* Cephalicum. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*
Cacheecticus; pro Epithemate cordis. *Species* Diamoschi
dulces. *Trochisci* Alkekengi; de Carabe.

34. BITUMEN *Petroleum* liquidiusculum fusco-rufes-
cens. S. N. 109.

Bitumen liquidum crassius obscure brunneum. *Wall.*
min. 194.

LOC: Rettwik Dalekariæ.

PHARM: PETROLEUM f. OLEUM PETRÆ
NATIVUM. *rubrum, album.*

VIS: expectorans.

USUS: Colica Pictonum! Dolores osteocopi, Tænia!

COMP. *Empl.* carminativum.

35. BITUMEN *Mumia* subfriabile piceum. S. N. 110.

Mumia mineralis. *Hasselq. it.* § 37. *Kæmpf. amæn.* § 16.

LOC: Persia.

PHARM: MUMIA PERSICA nativa.

VIS: vulneraria!

USUS: rarissimus.

COMP.

36. BITUMEN *Asphaltum* friabile atrum. *S. N.* 110.
Bitumen solidum coagulatum. *Wall. min.* 195.

LOC: Oelandia.

PHARM: ASPHALTUM seu BITUMEN JUDAI-
CUM.

VIS:

USUS: *extern.* Ulcera fordida.

COMP: Theriaca Androm. *Troch.* Cypheos pro Mithridatio.

37. PYRITES *nativus* nudus diaphanus. *S. N.* 113.

Sulphur nativum purum flavum. *Wall. min.* 205.

LOC: Russia.

PHARM: SULPHUR VIVUM.

VIS: frequentis.

USUS: frequentis.

COMP:

38. PYRITES *Ferri* mineralifatus amorphus scintil-
lans. *S. N.* 115.

Sulphur ferro mineralifatum, minera difformi pal-
lide flava nitente. *VWall. min.* 208.

LOC: Dylta Nericia.

PHARM: SULPHUR CITRINUM. *Oleum Stillati-*
tium. Spiritus per campan. Griseum v. Caball.
Hepar, Tinctura, Flores Balsamum, Terra rubra.
Lac.

VIS: expectorans, diaphoretica, inquinans, eccoprotica.

USUS: Tussis, Scabies.

COMP. Sulphurata. *Bals.* Anisatum, Foeniculatum, Juni-
peratum, Terebinthinatum, Succinatum.

39. PYRITES *Auripigmentum* nudus flavus micis au-
ratis. *S. N.* 113.

Arsenicum Sulphure, lapide spatoso & micaceo mi-
neralifatum, minera flavescente. *VWall. min.* 226.

LOC: Hungaria.

PHARM: AURIPIGMENTUM.

VIS.

VIS: mechanica.

USUS: pictorius.

COMP.

40. ARSENICUM nudum nudum crystallinum purum. *Syst. nat.* 117.

Arsenicum album. *VVall. min.* 223.

LOC: Germania.

PHARM: ARSENICUM album. *Citrinum.*

VIS: maxime corrosiva. (*Præstat non uti.*)

USUS: Febr. intermittens, noxius.

COMP:

41. ARSENICUM *Sandaraca* nudum rubrum. *Syst. nat.* 117.

Arsenicum sulphure mixtum rubrum. *VVall. min.* 224.

LOC: Hungaria, Turcia.

PHARM: ARSENICUM Rubrum.

VIS: corrosiva.

USUS: noxius.

COMP.

METALLA.

42. HYDRARGYRUM *virgineum* nudum fluidum. *Syst. nat.* 119.

Hydrargyrum nativum. *VVall. min.* 218.

LOC: Hungaria.

PHARM: MERCURIUS f. ARGENTUM VIVUM.

1. *depuratum.*

PRAEPARATA.

2. *Aethiops min.* fit ex 1. & Sulphure, *trituratione.*

3. *Merc. Sublim. corrosiv.* ex 1. Aqua forti & Sale comm. decrep. *Sublimatione.*

4. - - *dulcis:* ex 3. & Mercur. vivo, tripla *Sublimatione.*

5. *Merc.*

5. *Merc. præcipit. albus*: ex 1. in Aqua forti soluto, *præcipitatione* c. Sale muriatico.
6. - - *ruber*. Priori Solutione *evaporata*, *reverberetur residuum*.
7. - - *viridis*: ex 1. & Cupro in Aqua forti solutis, *evaporatione* & *digestione* c. aceto.
8. - - *luteus* s. *Turpethum minerale*: ex 1. & Ol. vitrioli, *Solutione* & *præcipitatione* c. Oleo tartari per deliqu.
9. *Arcan. corallinum*: ex 6. & Alkohol vini quadrupl. incensione.
10. *Panacea Lemmeriana*: ex 4. octies iterata *Sublimatione*.

VIS: fialagoga! anthelminthica!

USUS: Syphilis, Infecta, Scirrhus.

COMP. *Ungu. Pediculi*; *Emplastr. de Ranis* c. Mercur.

43. HYDRARGYRUM *Cinnabaris* mineralisatum pyriticosum fibrosum. S. N. 119.

Hydrargyrum sulphure mineralisatum, minera rubra.
VVal. min. 219.

LOC:

PHARM: CINNABARIS *) NATIVA. *preparata*.

• VIS: Hydrargyri; sed minus solubilis.

USUS: antecedentis.

COMP. *Specific. Cephalicum*.

44. MOLYBDÆNUM *Plumbago* tritura cærulescente. S. N. 121.

Mica pictoria nigra manus inquinans. *VVal. min. 126.*

LOC: Finlandia.

PHARM: PLUMBAGO.

VIS: mechanica.

USUS: pictorius.

COMP.

45. STI-

*) *Cinnabaris Antimonii* post distillationem Butyri, aëto ignis gradu, obtinetur; *Cinnabaris vero factitia*, a Merc. viv. & Sulphure sublimatur.

45. STIBIUM *striatum* mineralifatum fibrosum plum-
bicolorum. *S. N.* 123.

Antimonium sulphure mineralifatum. *VVal. min.* 238.

LOC: Gallia.

PHARM: MINERA ANTIMONII Hungarica.

1. ANTIMONIUM CRUDUM.

PRAEPARATA.

2. *Antim. Butyrum*: ex Mercur. sublimat. corro-
sivo & 1. *destillatione*.
3. - *Regulus*: ex 1. Nitro & Tartaro liquatis,
coni fusorii *vibratione* subsideat.
4. - *Sulphur auratum*: ex Reguli præced. Sco-
riis, in Aqua coctis, *præcipitatione* cum
Acido.
5. - *Flores albiss.* ex 1. in Aqua Regis soluto
& *præcipitato* Aqua pura.
6. - *Flores rubri*: ex 1. & Sale Ammon. *præ-*
cipitatione & *lotione* Aqua.
7. - *Clyffus s. Spirit.* ex 1. Nitro & Sulphure,
destillatione.
8. - *Diaphoreticum*: ex 1. & Nitro, *detonatione*.
9. - *Hepar*: ex 1. & Nitro.
10. - *Regulus Martialis*: ex 1. & Ferro, *liqua-*
tione & *detonatione* cum Nitro.
11. - *Diaphoret. Mart. Ludov.* ex 1. & Ferro,
liquatione *detonatione* cum Nitro & *edul-*
coratione.
12. - *Vitrum*: ex 1. *calcinatione*.
13. - *Tinctura*: ex anteced. & Spiritu Tæru-
ginis, *digestione*.
14. - *Cerussa*: ex 3. & Nitro, *detonatione* &
edulcoratione.

VIS: evacuans, pellens.

USUS: Dolor osteocopus, Ulcus, Scabies, Lippitudo.

COMP. *Mercurius vitæ correctus*: ex 2. Aquæ puræ in-
stillato & *subsidentia* præcipitato. *Bezoardicum mine-*
ræle: ex 2. vel 4. et Spiritu Nitri, *digestione*, *evaporatione*
&

& *reverberatione*. *Crocus Metallorum*: ex 9. *coctione* in Aqua pura & *præcipitatione* aceto vini. *Aqua Benedicta Rulandi*: ex 12. & vino, *infusione*.

46. ZINCUM *mineralifatum* mineralifatum compactum subsquamosum. S. N. 125.

Zincum sulphure plumbo f. ferro mineralifatum obscurum, particulis micantibus. *VVal. min.* 247.

LOC: Rettwik Dalekarliæ.

PHARM: ZINCUM. *Flores, Nibulum album.*

VIS: (*Flores*) *extern.* exsiccans.

USUS: Ulcus, Lippitudo, Intertrigo!

COMP.

47. ZINCUM *Calaminaris* subterreum lapidescens. S. N. 126.

Zinzi minera terrea, colore flavescente f. fusco. *VVal. min.* 247.

LOC: Polonia, Hungaria.

PHARM: LAPIS CALAMINARIS f. CADMIA FOSSILIS. *Tutia.*

VIS: antecedentis.

USUS: Erysipelas *externe*.

COMP. *Empl.* de Lap. calaminari; Opodeldoch; defensivum; fricticum.

48. VISMUTUM *nativum nudum*. S. N. 128.

Vismutum nativum. *VVal. min.* 242.

LOC: Germania.

PHARM: BISMUTUM f. MARCASITA. *Magisterium*

VIS: dubia; (*præcipitatum*) cosmetica.

USUS:

COMP.

49. STANNUM *crystallinum* tesseriis crystallinis. S. N. 130.

Stannum ferro & arsenico mineralisatum, minera crystallisata, polyëdra. *Wall. min.* 202.

LOC: Persberg Sueciæ.

PHARM: STANNUM Anglicanum. *Bezoarticum joviale.*

VIS: anthelminthica?

USUS:

COMP. Antihecticum *Poterii*; Aurum & Argentum mucum.

50. PLUMBUM *nativum* nudum. S. N. 132.

Plumbum nativum. *Wall. min.* 272.

LOC: Germania.

PHARM: PLUMBUM *ustum* Ochra facit. *Lithargyrium: Auri, Argenti, acet. Cerussa. Minium.*

VIS: exsiccans, obtundens, adstringens, obstipans.

USUS: Dolor osteocopus, Rheumatismus, Ulcus.

COMP: (*ustum*) • Ungu. de Tutia.

51. FERRUM *selectum* retractorium nigrans, particulis subimpalpabilibus solidescent. S. N. 137.

Terrum mineralisatum, minera cinereo-nigra, Magneti amica. *Wall. min.* 255. n. 1.

LOC: Dannemora.

PHARM: CHALYBS. Limatura. *Crocus adstringens*
Ferrugo. *aperitivus.*
Præparatus, Tinctura aperitiva. Scoriæ præp. Sapi.

VIS: tonica, adstringens, antacida.

USUS: Cachexia, Hypochondriasis, Diarrhœa, Chlorosis, Dysmenorrhœa.

COMP.

52. TER-

52. FERRUM *Smiris* retractorium rubricosum vitrum arans. *S. N.* 139.

Ferrum mineralisatum, minera durissima rapaci solida magneti retractoria. *Wall. min.* 267.

LOC: Europa australior.

PHARM: LAPIS SMIRIS.

VIS:

USUS: mechanicus.

COMP.

53. FERRUM *Haematites* intractabile rubricans glandulosum, fragmentis concentratis. *S. N.* 140.

Ferrum mineralisatum, minera figurata rubra s. tura rubente. *Wall. min.* 249.

LOC: Anglia, Germania.

PHARM: LAPIS HAEMATITES. *preparatus.*

VIS:

USUS: Febres intermittentes.

COMP. *Emplastr.* ad Rupturas, Sticticum.

54. FERRUM *Magnes* attractorium. *S. N.* 142.

Ferrum mineralisatum, minera ferrum trahente ac repellente et polos mundi ostendente. *Wall. min.* 262. n. 1.

LOC: Lapponia, Gagne.

PHARM: LAPIS MAGNES. *preparatus.*

VIS: Ferri.

USUS: Colica?

COMP. *Empl.* Sticticum; Opodeldoch.

55. CUPRUM *nativum* nudum mineræ inhærens.
S. N. 143.

Cuprum nativum granulatum. *Wall. min.* 276.

LOC: Klewa Smolandiaë, Riddarhyttan.

PHARM: AES.

Squamæ.

Crocus.

Ustum.

Viride.

Spiritus.

VIS: corrosiva, *interne* caute.

USUS: Ophthalmia.

COMP. *Aqua* ophthalmica sapphirina *Schroederi*.

56. CUPRUM? *lazuli* cæruleum scintillans. S. N.
145.

Iaspis colore cæruleo et alio mixto, cuprifer. *Wall. min.* 91.

LOC: Asia et Africa.

PHARM: LAPIS LAZULI *præparatus*.

Ultramarin.

VIS:

USUS:

COMP. *Confectio* Alkermes.

57. CUPRUM *Armenus* cæruleum calcarium. S. N.
146.

LOC: Europa *australis*, Armenia, Hungaria.

PHARM: LAPIS ARMENUS *verus præparatus*.

Cæruleum montanum.

VIS:

USUS: mechanicus.

COMP.

58. ARGENTVM *nativum* nudum. S. N. 148.Argentum nativum. *Wall. min.* 307.

LOC: Brattfors Wermelandiae.

PHARM: ARGENTUM foliatum. *In conchis.**Lapis infernalis. Bezoard. Lunare.**Tinctura Lunae.*

VIS: politica.

USUS: Oeconomicus.

COMP. *Species cordiales temperatæ; de Hyacintho. Confect. de Hyacintho.*59. AURUM *nativum* nudum. S. N. 151.

Aurum nativum.

LOC: Smolandia.

PHARM: AURUM foliatum. *In conchis.**Fulminans Bezoardicum solare.*

VIS: antecedentis.

USUS: antecedentis.

COMP. *Confect. de Hyacintho. Pulv. Bezoard. Sennerti, Epilepticus; de Gutteta. Species de Hyacintho; cord. temper.*



CLASSIS III.

F O S S I L I A.

PETRIFICATA.

60. HELMINTHOLITHUS *judaicus* obovatus crenulato-striatus subpetiolatus. S. N. 165.

Lapis judaicus. *Imperat. nat.* 745. f. 1-4.

LOC: Scania.

PHARM: LAPIS JUDAICUS. *præparatus.*

VIS: Spati.

USUS:

COMP.

61. HELMINTHOLITHUS *Belemnites* Alcyonii Lyncurii. S. N. 170.

Lapis lyncis. *Gesn. lat.* 92. *Rumph. mus.* 1. 50. f. 1-5.

LOC: Europa australis, Scania.

PHARM: LAPIS LYNCIS f. LYNCURIUS. *præparatus.*

VIS: calcaria.

USUS: exoletus.

COMP.

CONCRETA.

62. CALCULUS *Bezoar* gastricus solidus tunicatus. S. N. 176.

Calculus animalium caprini generis, crustaceus. *Wall. min.* 417.

LOC: Ventriculi plicae in Capris.

PHARM: LAPIS BEZOAR α) ORIENT. *Tinctura.*
 β) OCCIDENTALIS.

VIS:

VIS: diaphoretica, alexipharmaca.

USUS: Febres exanthematicæ.

COMP. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*.

63. CALCULUS *fellis* felleus. S. N. 177.

γ. ERINACEI *malaccensis*.

Lapis malaccensis. *Clus. exot.* 217.

LOC: India.

PHARM: LAPIS PORCINUS f. MALACCENSIS.

VIS:

USUS: Icterus.

64. CALCULUS *Margarita* conchylii. S. N. 177.

Calculus animalium concharum. *Wall. min.* 412.

LOC: Testæ MYÆ *margaritifera* apud nostrates.

PHARM: MARGARITÆ α) ORIENTALES.

β) OCCIDENTALES.

VIS: calcaria, absorbens.

USUS: Acidum spontaneum.

COMP. Saccharum Perlatum. *Confect.* de Hyacintho. *Specif.* Cephal. *Pulv.* Bezoard. *Sennerti*, Cachecticus, Epilepticus, Pannonicus ruber. *Species cordiales* temp: de Hyacintho, Diamargaritar. frigid. Diamoschi dulces. Diarrhodon. Abbatis.

65. TARTARUS *vini* vini. S. N. 178.

Tartarus. *Wall. min.* 181.

LOC: Dolia vini.

PHARM: TARTARUS, Albus. Ruber.

Spiritus. *Oleum dest. p. deliqu.*
Cremor.

Calcinat. ad albed. *Tartarizat.*
Terra foliata.

VIS: acida, eccoprotica.

USUS: Febris calida.

COMP. (*Cremor.*) Passulæ laxativæ. *Pulv.* polychrest. de tribus. *Species* diajalappæ. *Syrupus* Fol. Sennæ.

66. AETITES *aquilinus* embryo libero lapilluloso.

S. N. 179.

Lithotomi cavitate latente donati. *Wall. min.* 407.

n. 1.

LOC: Helvetia.

PHARM: LAPIS AETITES f. AQUILÆ.

VIS: superstitiosa.

USUS: Partus difficilis?

COMP.

67. PUMEX *Vulcani* Schisti niger. *S. N.* 181.

Porus igneus lapidis Asbesti. *Wall. min.* 328.

LOC: Montes ignivomi.

PHARM: LAPIS PUMEX.

VIS: mechanica.

USUS: Tartarus dentium.

COMP. *Pulv.* ad dentifricia.

68. TOPHUS *Osteocolla* calcarius subcylindricus perforatus. *S. N.* 189.

Petrificatum vegetabile radices arborum vel plantarum. *Wall. min.* 335.

LOC: Marchia Electoralis Prussiæ nova.

PHARM: LAPIS OSTEOCOLLA cruda. *præparata.*

VIS: adstringens.

USUS: Fracturæ.

COMP.

TERRÆ.

69. OCHRA *Ferri* ferri pulvereæ luteæ. S. N. 192.

Ferri terra præcipitata non mineralisata. *Wall. min. 205.*

LOC: ubique ad acidulas et in paludibus.

PHARM: OCHRA NATIVA s. FOSSILIS.

VIS: adstringens, exsiccans.

USUS: *externus.*

COMP.

70. OCHRA *Ævis* Cupri pulvereæ viridis. S. N. 192.

Cuprum solutum et corrosum præcipitatum viride.
Wall. min. 278, n. 3.

LOC: ad Fodinas cupri frequens.

PHARM: VIRIDE MONTANUM.

VIS: cupri.

USUS: pictorius.

COMP.

71. ARGILLA *lemnia* incarnata fracturis glaberrimis.

S. N. 201.

Terra lemnia. *Dal. pharm. 20. n. 2.*

LOC: Lemnus.

PHARM: TERRA LEMNIA.

VIS: plastica, exsiccans.

USUS: exoletus.

COMP. *Elect.* Diascord. *Theriacu* Androm. *Confect.* de
Hyacinth.

72. ARGILLA *tripolitana* scabra nitidudula flavescent
inquinans. *S. N.* 202.

Glarea indurata cohærens aspera. *Wall. min.* 33.

LOC: in Fodinis Mauritaniæ.

PHARM: TERRA TRIPOLITANA.

VIS: absorbens.

USUS: mechanicus, Intertrigo.

COMP.

73. ARGILLA *Bolus* ore liquefcent. *S. N.* 203.

Argilla pinguis. *Wall. min.* 19.

α. alba.

BOLUS alba. *Dal. pharm.* 19. n. 8.

LOC: Goldberga, Turcia.

PHARM: BOLUS ALBA. *Terra sigill. alba f.*
Melitenf. Turcica.

β. flava.

BOLUS flava.

LOC: Silesia.

PHARM: TERRA SIGILLATA CITRINA.

Silesiaca f. Strigonenfis.

γ. rubra.

BOLUS armena. *Dal. pharm.* 19. n. 1.

LOC: Persia, Armenia, Gallia, Germania.

PHARM: BOLUS ARMENA.

RUBRA. *Terra sigillata rubra.*

VIS: plastica, exsiccans.

USUS: exoletus.

COMP. γ) *Elect.* *Diascord.* *Cerat.* *Santal.* *Spec. et Con-*
fect. *de Hyacinth.* *Pulv.* *Dysent.* *Pannon. rub.* *Trochisc.*
Alkekengi. *Empl.* *Cataginat.* *Lapis medicamentofus.*

74. ARGILLA *Umbra* humosa fusca inquinans. S.N.

204.

Humus nigro-brunnea. *Wall. min.* 3.

LOC: Europa.

PHARM: UMBRA f. UMBRICA.

VIS:

USUS:

COMP.

75. CALX *Creta* solubilis impalpabilis cohærens. S.
N. 206.Creta cohærens solida. *Wall. min.* 8.

LOC: Montes Galliæ, Angliæ, Daniæ

PHARM: CRETA. *Pulverisata lota.*

VIS: calcaria, absorbens.

USUS: Acidum spontaneum, Soda.

COMP.

76 CALX *Gur* fixa impalpabilis farinosa. S.N. 207.

Creta friabilissima levissima non cohærens alba.

Wall. min. 11.

LOC: Germania, Helvetia.

PHARM: LAC LUNÆ f. STENOMARGA.

VIS: absorbens, lactifera?

USUS:

COMP.

77. HUMUS *damascena* vegetabilis ochraceo-rufa.
S.N. 211.Humus rubra obscure rubescens. *Wall. min.* 8.

LOC: Anglia.

PHARM: TERRA ANGLICANA.

VIS:

USUS: pictorius.

COMP.



APPENDIX.

78. SAL AMMONIACUM. *Wall. min.* 187.

LOC: Italia.

PHARM: SAL AMMONIACUM.

Spiritus volatilis, acidus.

VIS: incidens.

USUS: Febres.

COMP, *Flores Martiales, Vngu. Aegyptiacum.*

R. ANIMALI

pag. 29. addatur :

69. SPONGIA *officinalis* foraminulata subramosa dif-
formis tenax tomentosa. *S.N.* 1298.

Spongia ad usum præstantissima, foraminibus exi-
guis pervia. *Tournef. inst.* 575.

LOC: Mare mediterraneum.

PHARM: SPONGIA, Cineres.

QUAL: bibula, sicca.

VIS: imbibens, Sief.

USUS: Ulcus, Struma.

COMP.



INDEX

GENERUM.

A.

Acanthus 158
Achillea 190. 191
Acipenser 19
Aconitum 138. 139
Acorus 96
Actæa 133
Adiantum 226
Aetites 262
Agrimonia 120
Ajuga 143
Alcea 166
Alchemilla 53
Allium 92. 93
Aloe 95
Althæa 166
Alumen 247
Ambra 249
Amiantus 241
Amomum 33. 34
Amygdalus 123
Amyris 101
Anacardium 113
Anas 14
Anagallis 58
Anchusa 55
Andropogon 219. 220
Anemone 140. 141
Anethum 85
Angelica 80
Anthemis 189. 190
Antirrhinum 155. 156
Apis 24
Apium 86. 87

Aquilegia 139
Aranea 25
Arbutus 115
Arctium 180
Areca 232
Argentum 259
Argilla 263. 264
Aristolochia 196. 197
Arnica 187
Arsenicum 252
Artemisia 183. 184
Arum 198
Afarum 119
Asclepias 72
Asparagus 94
Asperula 50
Asphodelus 94
Asplenium 224. 225
Astragalus 174
Athamantia 78
Atriplex 220
Atropa 65
Aurum 259
Avena 47
Avicennia 158

B.

Balæna 13
Bellis 188
Berberis 97
Beta 74
Betonica 149
Betula 200
Bitumen 250. 251
Bixa 135

INDEX GENERUM.

Boletus 230
 Borax 245. 246
 Borrago 51
Bos 11
 Brassica 162. 163
 Bryonia 210
 Bubon 81. 82
 Bursera 96
 Buxus 200
 Bupleurum 77

C.

Cæsalpinia III. 112
 Calculus 261
 Calendula 193
 Calx 265
 Cambogia 135
 Camphorosma 53
Cancer 25
Canis 5
 Cannabis 213
 Capparis 133
Capra 11
 Capsicum 66
 Carduus 180
 Carlina 181
 Carthamus 181
 Carum 85
 Caryophyllus 136
 Cassia 110. 111
 Cassine 88
Castor 8
 Ceanothus 69
 Centaurea 192. 193
 Ceratonia 223
Cervus 9
 Chærophyllum 83
 Cheiranthus 162

Chelidonium 134
 Chenopodium 72. 73. 74
 Chrysanthemum 188
 Cicer 173
 Cichorium 179. 180
 Cicuta 82
 Cinchona 61
 Cissampelos 218
 Cistus 137
 Citrus 176. 177
Coccus 22
 Cochlearia 160
 Coffea 61
 Colchicum 100
 Collinsonia 40
Columba 17
Coluber 19
 Convallaria 95
 Convolvulus 60. 61
 Copaifera 115
Corallina 30
 Cordia 67
 Coriandrum 83
 Coris 63
Corvus 14
 Corylus 204
 Costus 34
 Cratægus 126
 Crocus 43
 Croton 206. 207
 Cucumis 209. 210
 Cucurbita 209
 Cuminum 82
 Cupressus 206
 Cuprum 258
 Curcuma 35
 Cuscuta 54

Cycas

INDEX GENERUM.

Cycas 224
Cyclamen 57
Cynops 23
Cynomorium 199
Cynoglossum 56
Cyperus 45
Cyprinus 20
Cytinus 197

D.

Daphne 103. 104
Datura 64
Daucus 77
Delphinium 138
Dentalium 29
Dianthus 117
Dictamnus 113
Dolichos 171
Doronicum 187
Dorstenia 53
Dracocephalum 153
Drosera 91

E.

Elephas 2
Epidendrum 195
Equisetum 224
Equus 12
Ervum 172. 173
